


Liber Biblioth. Gieſſenæ veteris
Repoſit. G. Num. 253.
E. 3740. Inc!

E. 3

CAROLI SIGONII

ORATIONES SEPTEM.

Pro eloquentia. IIII.
De vsu linguæ Latinæ retinendo. I.
De laudibus Historiæ. I.
De studijs Humanitatis. I.



GR. HEAS. UNIV.
BIBLIOTHEK

VENETIIS.

Apud Iordanum Zilettum, M D L X.

Ex

CAROLI SIGONII

PRO ELOQVENTIA

ORATIO PRIMA

CVM multa magna, atque præclara, Auditores, nobis à dijs immortalibus tributa, atque conceſſa ſint, nihil tamen, ſapientiſsimorum hominum ſententia, præſtantius, aut illuſtrius, quàm, ut nos bene de unaquaque re ſentire, ac iudicare, & ornate, quæ ſentiremus, eloqui, atque exprimere dicendo poſſemus. quarum rerum tanta uis eſt ad animos hominum ad humanitatem informandos, ut, cum multæ aliæ nobis cum ceteris animantibus communes impertitæ ſint, his tamen duabus duntaxat, feris, & immanibus belluis excellamus, cum in quibuſdam, ut corporis uelocitate, & robore, multo illis humiliores, infirmioresq. ſimus. tanta porro illarum inter ſe ſocietas, atque cognatio eſt, ut, diſiunctæ forte, ſeparatæq. ſi fuerint, uix, quid prodeſſe hominum uitæ poſsint, intelligatur. ſiquidem ne ab indiſertis quidem prudentibus magna admodum expectari præſidia, & adiumenta queunt: & ſtulti ſæpe loquaces ſumma incommoda, ac detrimenta hominibus intulerunt. Ex quo intelligi poteſt, ad optimam, rectiſsimamq. uitæ rationem inſtituendam utriuſque muneris coniunctionem eſſe maxime neceſſariam, eamq. qui ſit adeptus, maximum illum quiddam, atque ampliſsimum eſſe cõſecutum. Sed, quoniam factum eſt, ut ex his duabus eloquentiam homines, uel non nullorum, qui ea peruerſe abuſi ſunt, odio, uel eorum, qui eiuſ-

modi gloria floruerunt, inuidia permoti omni tempore uehementius improbarint: uisa res est haud prorsus à munere, & proposito nostro aliena, qui in hanc urbem ad antiquam Latini sermonis consuetudinem demonstrandam acciti uenimus, si paucis eam ex hoc loco, in quem nunc primum publica auctoritate conscendimus, atque in hoc amplissimo huius diei, frequentissimoq. consessu iniuste uituperari à multis ostenderemus. hoc enim si dicendo consequi poterimus, non dubitamus, quin ad mentes uestras, id quod in primis optamus, optimarum artium cupiditate accendendas ualere plurimum debeat. Quanquam autē dissimulare non possum, Auditores, summo me cum pudore ad hanc orationem accedere; quòd & in ea ciuitate loquor, in qua una antiquæ dicendi facultatis, & copiæ non leuiter impressa uestigia cernuntur; & præsentibus uiris illis dico, qui in hac ipsa ciuitate summorum oratorum obtinent principatum: me tamen audaciorem nescio quo modo, quàm meus patiatur pudor, ad hanc disputationem suscipiendam rei, de qua dicturus sum, magnitudo reddit: quam quidem esse, si utilitas quæratur, oportunissimam, si animi oblectatio, iucundissimam, si dignitas, amplissimam, facile cuiuis licebit intelligere, qui antiquissimos oratoris ipsius gradus, ac quasi processus paulo mecum diligentius iam inde à primis eius incunabulis indagarit. Nam primum quidem, (ne longius faciam) quid erat, unde procreati, & in lucem editi homines, atque illo admirabili, & diuino munere mentis, & cogitationis ornati, aut maiorem utilitatem ferre, aut uberiorem uoluptatem percipere

pere possent, quàm ut ipsi colloqui inter se, & sua ipsorum cogitata communicare, & ea, quæ suæ essent uitæ necessaria, uicissim tum rogare, tum rogati suppeditare possent? aut, cum genus humanum, in terris disipatum, libere uagaretur, atque ut nullius loci ambitu, sic nec ullius legis, aut iuris timore coerceretur, sed cæca sensuum cupiditate omnia administraret, & gereret: quid ei uel oportunius, si tutæ, uel, si iucundæ, suauius, uel magnificentius, si nobilioris uitæ genus expeteret, accidere potuit, quàm ut in unum locum congregatum, (quod incredibili quadam dicẽdi facultate perfectum est) iuris, legum, urbium denique societate deuinctum ab illa fera, agrestiq. uita ad hunc humanum cultũ, ciuilemq. traduceretur? Declarant antiqui poetæ, qui disertos quondam uiros, quòd homines ad unam incolendam urbem ex agris, tectisq. siluestribus maiore fortasse, quàm tum tempora ferebant illa, dicendi copia, & grauitate deduxerant, eosdem cantu, fidibusq. lapides mouisse, feroces immanium bestiarum impetus fregisse, ac perennium fluminum cursus retardasse finxerunt. At uero, constitutis descriptisq. ciuitatibus, quid aut ad utilitatem fructuosius, aut ad dignitatem amplius, aut ad famam splendidius esse potuit, quàm in foro copiosa atque ornata oratione posse hominum fraudem ad perniciem, innocentiam ad salutem uocare, in senatu de rep. deq. ceteris rebus suam cum dignitate sententiam explicare, postremo in otio unum inter ceteros in omni genere sermonis, atque humanitatis excellere? Etenim, si uerum quærimus, quo tandem modo aut laudandi, aut gratulandi, aut monendi,

nendi, aut gratias agendi, aut omnino ullo humanitatis officio fungendi, quæ omnia quàm sint grauia, quàm necessaria, quàm suauia, facile communis uitæ consuetudo demonstrat, facultatem nos ullam unquam fuisse consecuturos putamus, nisi nobis data hæc uis, & ratio dicendi fuisset? Ex qua cum multiplices alij fructus sunt consecuti, tum hic sine dubio & amplissimus est semper, & uberrimus habitus, quòd eadem effecit, ut, quæ ignoraremus, discere, & ea, quæ sciremus, alijs tradere possemus, atque posteris etiam in perpetuum cognoscenda relinquere. Nam quæ, per deos immortales, præclarissimarum artium, & nobilissimarum disciplinarum, quæ sunt partim ad uitæ usum, partim ad oblectationem animi necessariæ, quæ philosophiæ, qua nihil uel melius, uel admirabilius à Deo hominibus datum est, quæ illius ipsius ministræ, ac quasi famulæ dialecticæ, quæ legum, quæ iuris, quæ denique Dei ipsius, quæ religionis, iustitiæ, pietatis cognitio, atque scientia nobis esset, nisi in omni genere homines extitissent, qui, eximia instructi facultate dicendi, ea nobis, unde disceremus, tractata diuinitus prodidissent? Historia uero quàm est admirabilis, quàm iucunda, quàm fructuosa? Hæc res gestas, ueteremq. memoriam omnẽ continet. hæc bellicosarum gentium, imperiosorum populorum, potentium regum, fortissimorum uirorum glorioſa, & illustria facta commemorat. hæc continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, fortitudinis, atque omnis denique uirtutis exempla quamplurima, & quampulcherrima ante oculos ponit, quæ ipsi non modo magna

cum

cum voluptate, & admiratione legentes intueamur, sed maximo etiam nostro cum fructu imitemur. hæc eadem denique sola, mea sententia, indicat, non solum quantum ceteris animantibus, sed quantum ceteris etiam hominibus homo præstet, cum ea, quæ, ante quam natus sit, acciderint, non aliter, atque si ipse interfuisset, cognoscere antiquitatis studiosissimus quisque possit. Sed hæc tamen omnia, quod nemini dubium est, iacuissent in tenebris, nisi ornatæ, & illustris, cuiusdam eloquentiæ lumen accessisset. Multa prætereo consulto: sunt enim quæ in hoc genere dici possunt innumerabilia: meq. breuem hac in parte futurum, paulo ante pollicitum esse memoria teneo. Illud satis ex ijs, quæ adhuc dicta sunt, intelligi potest, nullam nobis tum rerum earum rationem, quibus uita melior facta est, tum etiam litterarum, quibus aut corpus tuemur, aut animum recreamus, affuturam fuisse, nisi una nobis tributa oratio hæc omnia ministrasset. Ex quo efficitur, cum hæc eadem tam præstantia, tam utilia, tam iucunda nobis incredibili deorum beneficio data sint, non alio illos, à quibus improbantur, odio esse dignos, quàm eos ipsos, qui augustissima illorum templa, sicut maximus eloquentiæ pater inquit Isocrates, inexpiabili scelere, flagitioq. polluerint, contra uero, qui naturalem hanc, quæ omnibus contingit, ad dicendum commoditatem cura, atque industria auxerint atque uniuersam demum eloquentiæ laudem, sine qua ne sapientia quidem ipsa, quod est alterum nobis à Deo traditum munus, expetenda uidebatur, summo persecuti studio fuerint, in primis extollendos

dos esse, atque pleniſſimo ore laudandos. Quod ſi qui populi, aut ſi quæ gentes aliquando huius tantæ laudis ſtudio præſtiterunt, ij mihi fuiſſe potiſſimum uidentur, qui in libera, maximeq. pacata, & tranquilla ciuitate uixerunt: ſiue quòd ipſi, ut rerum geſtarum amplitudine, & libertatis maieſtate, ſic & orationis elegantia, & ſententiarum grauitate ſe ceteris antecellere oportere arbitrati ſint: ſiue quòd, ut ad bellum gerendum gladium, ſic ad remp. adminiſtrandam orationem afferendam eſſe ſtatuerint: ſiue denique, quòd apud liberos populos ijs, qui ſe dicendi exercitationi dediderint, multo, quàm apud ceteros, ampliora, atque uberiora ſemper fuerint præmia conſtituta: qualia cum in alijs præclaris quondam ciuitatibus, tum Athenis potiſſimum, & Romæ fuiſſe accepimus. quibus in urbibus, quòd diſertiſſimo cuique ad gratiam, ad opes, ad honores ampliſſimus patuit ſemper aditus, plurimum quondam eloquentiam eſſe dominatam uidemus. id quod ex ſummis utriuſque ciuitatis oratoribus perſpici poteſt. qui quidem, cum nec eximius eos generis ſplendor, nec opum amplitudo, ſed diuina ſolum dicendi ratio commendaret, ad remp. cum acceſſiſſent, in ea diutius glorioſiſſime floruerunt. Id autem ita eſſe, quo certius argumento colligitur, quàm, quòd cum eorum populorum libertate non ſolum illius gloriæ ſtudium ſubito uniuerſum concidit, ſed priſtini etiam ſermonis præclaræ illæ rationes, & formulæ ita corruerunt, ut ne ueſtigia quidem ulla antiquæ conſuetudinis appareant? ſiquidem non, ut res, & animi ſenſa apud omnes homines eadem per omnia tem-

pora permanent, sic & uoces, & uerba eadem ab omnibus gentibus in omni sæculo celebrantur. immo uero, ut imperia, sic communis loquendi forma, & consuetudo suo quasi confecta senio contabescit. atque, ut ex corporibus placent potius, quæ uigentis florem ætatis præseferunt, quàm quæ caducam quandam maturitatem adepta sunt: sic in quotidiana loquendi consuetudine, quæ postremo quoque loco uerba succesſerunt, ea plurimũ apud homines honoris obtinent, ac dignitatis. Quod cum ita sit, ergo duplex nobis relinquitur hoc tẽpore, in quo nostra excurrere industria, & uirtus possit, honestissimus, atque in suo uterque genere amplissimus eloquentiæ campus; unus, qui recentem, alter, qui antiquam loquendi rationem amplectitur. Quarum illam ad familiaria negotia, & omnino ad publicum, & forensem usum, aduocare, ex hac uero rerum præstantissimarum, & nobilissimarum artium cognitionem deriuare soliti consueuimus. Ac prior quidem illa pars eloquentiæ in hac ciuitate, quam fere unam in terris hoc tempore liberam esse uoluisse dij uidentur, tanto studio colitur, ut ne Græci quidem, & Latini diuino ipsorum sermone aut de rebus priuatis subtilius, aut de publicis magnificentius, aut de forensibus peritius, & copiosius differuerint. neque iniuria. Nam quæ ceteris in urbibus hoc tempore penitus intercluſa est ad dicendi gloriam uia, ea latissime in hac ciuitate unicuique patet. non enim hic rostra desiderantur, non curia, non senatus, non forum, non subsellia iudicum, in quibus eloquẽtium uirorum aut eluceſcat industria, aut speratis, pro-

positisq. honoribus studium excitetur. manent, manent, &, ut uideo, in perpetuum manebunt disertissimorum hominum ingeniis sua in hac pacatissima ciuitate curricula, & ex hoc studio fructus ampliſſimi, summa gloria. De altera uero, omnium fere eruditorum ea uidetur esse cõsensio, ut, quoniam tum Græci, tum Latini homines (harum enim duarum gentium laudata in primis semper oratio fuit) poetas nobis, & oratores non ignobiles reliquerunt; & præstantissima fere, ac optima cuiusque disciplinæ præcepta quamplurima, & quamornatissima prodiderunt, demus operam, ut, uerborum, quibus diuina contexta ipsorum scripta sunt, ratione percepta, tot excellentium poetarum, nobilium oratorum, præstantissimarum artium cognitionem nobis, atque scientiam comparemus; aut, si quid forte de nostris rebus uel dicendum, uel scribendum hoc tempore sit, id uerbis quidem nostris explicemus, sententiarum autem luminibus, quæ plurima ex splendidissimis eorum scriptis sumi possunt, illustremus; aut denique, si nosmet ipsos ad ueterem illam forte dicendi consuetudinem transferamus, id uero nec indiserte, nec impolite agamus. Sed, cum hoc tamen totum, quidquid illud sit, quod nos in hoc genere susceperimus, nisi cognitis eorum linguæ formulis expleri non possit; relinquitur profecto, ut primus nobis labor in ipsorum cognoscenda lingua sit collocandus. quam cũ neque ex domestico, neque ex forensi, ut quondam, usu, sed ex tacita duntaxat multorum doctorum consuetudine percipi posse, pleræque Italiæ ciuitates animaduerterent, propterea summa ope conten-

contenderunt, ut apud se haberent, qui illorum libros publice diligenter explicarent. Verum in hoc genere toto, Auditores, nescio quo modo maiorum uestrorum consilium, & factum in primis elucet. hi enim non modo artium, & disciplinarum, quæ nunc in pretio sunt, omnium clarissimum uniuerso terrarum orbi domicilium in antiquissima imperii sui Patauina urbe statuerunt, idq. ipsum nobilissimis accitis ex omni terrarum parte magistris exornarunt; sed etiam in hac urbe, quæ clarissimi huius imperii sedes est, semper esse uoluerunt, qui obscura, & nunquam satis patefacta ueterum illorum scripta docendo illustraret, & præclaram hanc iuuentutem optimis litteris publico munere erudiret. et recte. statuerunt enim, id quod aliter esse non potest, ciuilis initia, ac fundamenta prudentiæ optimarum doctrinarum cognitione, ac scientia contineri, nec quenquam unquam satis se moderate in libera ciuitate gesturum, nisi qui ab ineunte ætate liberalibus primum disciplinis excultus, deinde se tractandæ & administrandæ reipublicæ tradidisset. itaque, ut in ipsa republica gubernanda, sic in tota eius etiam ratione suscipienda, admirabile est, quantum ipsi cum ceteros homines, tum maxime prudentissimos illos etiam ueteres Romanos sapientia superauerint. illi enim philosophos, ac rhetores omnes, Catone potissimum, & Crasso auctoribus, edicto excedere aliquando ex urbe iusserunt: hi eosdem in hanc urbem suffragiis etiam suis aduocandos esse duxerunt. illi nobilissimos artium magistros aliquando etiam contumelia affecerunt: hi eosdem summis

præmiis dignos esse perpetuo arbitrati sunt. illi rectissimas artes ad optimam administrandæ reip. rationem informandam nihil ualere, hi ad id potissimum maxime pertinere existimarunt. Quo fit, ut hæc ciuitas, quemadmodum rerum gestarum magnitudine, imperii diuturnitate, maritimi, & terrestris apparatus magnificentia, sic artium quoque optimarum studiis, ac moderatissimorum hominum copia præstantissimum quenque populum antecedat. In hanc igitur urbem, atque ad eiusmodi munus obeundum publica adductus auctoritate uenio equidem perlibenter hoc tempore, Auditores, sed, si uere dicendum est, maximo cum timore. Metum autem affert non tam suscepti magnitudo muneris, cui me iam non nulla exercitatione ali quantum assuefeci, sed quòd intelligo me in eum locum succedere oportere, quo in loco cum alii quondam summi uiri, tum proxime Valla, Sabellicus, Egnatius magna cum ingenii, atque doctrinæ laude floruerunt. Præterea uero, corona ista uestrum, & frequentia incredibilis adeo me commouet, & perturbat, ut nunc demum intelligam, quàm incaute, ne dicam stulte fecerim, qui acerrimo huius eruditissimæ ciuitatis iudicio in hoc genere aliquando satisfacere me posse crediderim. Sed tamen, qui me frequens uester conspectus terret, idem quodam modo etiam confirmat, & recreat. Sentio enim, atque ex singulis uniuscuiusque uestrum uultibus perspicio, humanitatẽ in hac ciuitate esse tantam, quantam in principe terrarum populo esse conueniat. Itaque ut amaui antea mea sponte maxime pulcherrimam istam urbem uestrã,

unam

unam in terris optime constitutæ ciuitatis ueriſſimam imaginem: ut ſenatus iſtius grauitatem, imperii maieſtatem, cæli clementiam, terræ halitum, maris afflatum, atque omnino felicem iſtum, ac plane diuinum Venetiarum genium ſemper colui: ſic nunc multo uehementius, ueſtro tanto incenſus erga me ſtudio, & uos omnes, & hæc omnia diligo, atque colo: fateorq́. pulcherrimum mihi omnium, quos in uita uidi, hunc diem illuxiſſe, quo tam egregiam ueſtram erga me uoluntatem, ac tam honorificum de me iudicium licuit experiri. cuius diei memoria, dabo operam, ne aut obliuione aliqua deleatur, aut ullius diuturnitate temporis obſcuretur. Expoſui breuiter, Auditores, quæ ad eloquentiæ laudem, atque omnino ad huiuſce diei quaſi proludium mihi uiſa ſunt pertinere: lætorq́., attente, atque benigne me, ſicut optabam, atque ſperabam, ab omnibus auditum eſſe. Reliquum eſt, primum ut uobis omne meum ſtudium, officium, laborem, diligentiam, quantum denique ingenio, atque induſtria efficere in hoc munere poſſim, pollicear, ac deferam: quod quidem cum mea ſponte, tum ueſtro etiam tanto de me iudicio incitatus, uel Muſis prope ipſis, quarum auguſtiſſimo quaſi quodam in templo ſumus, approbantibus, facio: deinde, ut uos orem, atque obſecrem, ut, quod ad me audiendum hodierno die ſtudium attuliſtis, id in perpetuum conſeruetis. Quod equidem cum aliis de cauſſis uobis cenſeo eſſe faciendum, tum ne aut eorum, qui me huc aduocarunt, aut eius, qui accerſitus eſt, animus ueſtra ulla tarditate debilitetur; aut ipſi maximam, & excellentiſſimam

tissimam humanitatis partem respuere, aut denique ne hac abuti pulcherrima, atque optatissima pace uideamini, qua sola hæc ciuitas, reliquo fere terrarum orbe pernicioſissimo bello flagrante, singulari ïstius sapientissimi senatus consilio, maxima hominum approbatione, summaq., utinam in perpetuum, felicitate perfruitur. Venetiis habita, M. D. LII.

CAROLI SIGONII
PRO ELOQVENTIA
ORATIO SECVNDA.

ETSI, POST intermissa nostra studia, Auditores, nihil mihi longius unquam uisum est eo die, quo iterum omnes in hunc locum conueniremus, ac dimissam eorum consuetudinem longo interual lo repeteremus: tamen hodiernus dies, qui cum per se optatissimus, tum frequentissimo isto conspectu uestro omnium mihi iucundissimus esse merito debet, integram me, quam ante finxeram animo, percipere uoluptatem non patitur. renouat enim memoriam pernicioſissimæ cuiusdam opinionis, quam omnino inueterasse, atque in animis omnium fere hominum iam penitus insedisse intelligo. nam cum alii aliis de cauſſis se à studiis optimarum artium, ac præsertim eloquentiæ, recedere hoc tempore profitentur: tum hæc trita, & iam omnium fere peruulgata sermonibus afferri excusatio solet, quòd se diffidant ad ueterum illorum posse, quos imitati fuerint, laudem, & gloriam peruenire. Quæ oratio quanquam satis est istius ciuitatis auctoritate, atque iudicio confutata; quòd tanto studio, ac tanta animorum contentione ad omnium disciplinarum genera complectenda exarsit, ut eam omnino antiquitatis non æquaturam modo gloriam, uerum longe, multumq. superaturam esse sperandum sit: me tamen & susceptí muneris ratio, & mea quædam erga uos præcipua caritas hortatur, ut, quo alacrius omnes ad pristina studia redeatis,

redeatis, eiusmodi sententiam probem cum ut falsam, tum ut pernicioſam ab omnibus prorsus hominibus esse repudiãdam. Etenim, si diligenter attenderitis, Auditores, nihil profecto inuenietis, quod tam omnium hominum animos frangere, aut tam eorum retardare conatus possit, quàm si in ijs artibus, ad quas se contulerint, omnis sit eis spes principatus, ad quem unusquisque natura ducitur, intercluſa. quam certe spem omnino præcidunt illi, qui in tantam antiquorum admirationem adducuntur, ac tantam illis in omni artium genere laudem tribuendam esse censent, ut nullum posteris ad famam, atque ad gloriam relictum esse locum arbitrentur. Equidem ut illud semper ueriſſimum esse duxi; maximas res, summasq. artes & inuentas acutiſſime, & tractatas ornatiſſime ad nos à ueteribus esse translatas: sic hoc nulla ratione probandum puto, non eorum nos uestigijs insiſtentes uel parem nobis laudem posse ex eodem illo antiquorum studiorum curriculo uindicare. Nam omnino, si cauſſa ulla est, Auditores, quæ noſtros conatus queat impedire, eam profecto uel ab ingeniorum noſtrorum imbecillitate, uel certe ab rerum cognoscendarum multitudine proficiſci exiſtimandum est. Quibus tamen ex rebus, tantum abest, ut ulla nobis impedimenta possint parari, ut omnino nulla ineptior oratio sit, quàm eorum, qui hac ratione utantur. Nam, ut de ingenijs primum dicam, quorum hebetatam aciem esse ab ipſa quaſi defatigata natura quidam queruntur; quid est tandem cauſſæ, cur natura hoc tempore tardiora, quàm olim, humana ferat ingenia, quæ in omnibus suis

rebus

rebus obeundis admirabilem conſtantiam, & incredibilem quandam æquabilitatẽ immutabili prorſus æternitate tueri ſolita ſit? Equidem, cum nunc & cælum pariter naturali ſe conuerſione contorqueat; & terra, ſuis librata ponderibus, immota natura iaceat; cum ſol, & aſtra nunc etiã terras clariſſima, ut ante, luce colluſtrent; cumq. item cetera, quæ longe maxima ſunt, eodem, quo ante, modo à natura gignantur: ſatis intelligere non poſſum, cur homines aut ad inueniendum hebetiores, aut ad intelligendum tardiores natura hoc tempore, quàm antea, procrearit. fallitur enim, ſi quis & ingeniorum, & agrorum eandem eſſe rationem putat. agrorum uirtus aut cæli temperatione commutatur, aut temporis diuturnitate minuitur: ingeniorum uires nulla prorſus ratione, niſi forte ſocordia, franguntur. Teſtis ipſa Græcia eſſe poteſt; in qua cum olim ita omnium bonarum artium ſtudia floruerint, ut hæc una in terris gens omnis humanitatis, atque doctrinæ iure ſibi gloriam aſciuerit, ita nunc demum, funeſto quodam illius quaſi prouinciæ fato, iacent, ut eadem nulla antiquæ monumenta laudis, & ueteris inſignia dignitatis agnoſcat. quid ita? profecto, non quòd apud illos ingenium, ſed quòd in ingeniis induſtria conſenuerit. ut enim fœcundiſſimus ager, niſi quotidiana exerceatur cultione, ſilueſcit: ſic optima ingenia, niſi perpetua exercitatione excolantur, exareſcant penitus, neceſſe eſt. Quòd ſi eiſdem uiribus eorũ, qui nunc ſunt, atque illorum, qui ante uixerunt, ingenia ſuſtinentur: iam nunc intelligere poſſumus, quantum nobis momentum ad gloriæ com-

mendationem acceſſerit ex iis, quæ ſunt excellentiſſimis ſuperiorum hominum ingeniis innumerabilium iam prope ſæculorum memoria comparata. quæ ſunt eiuſmodi, ut non optimam modo confirmare, ſed deterrimam quoque plane excitare naturam poſſint. Neque enim, ut aliarum rerum omnium, ſic ingeniorum quoque grauem obrepere ſenectutem exiſtimandum eſt, quippe quæ firmiſſimo ac prope immortali quodam quaſi naturæ robore ſepiantur. Nam, ni ita eſſet, quis eſt, qui non intelligat, aut primis, aut ſecundis ipſa confici ſæculis debuiſſe? nunc uero, cum ea ui prædita ſint, ut, quo diutius uiuant, eo uehementius uigeant, &, quod de fama dixit poeta ſummus, progredien do quaſi uires acquirant: quid eſt, quòd de eorum imbecillitate dubitandum magis hoc tempore ſit, quàm poſt Platonis, & Ariſtotelis, & eorum æqua lium tempora dubitatum ſit? quorum tanta extitiſ ſe in omni diſciplinarum genere laus creditur, ut non priores ſolum omnes ſuperaſſe, ſed poſteris etiam omnibus ſpem aut melioris ſententiæ, aut ornatioris orationis uiſi ſint prope in perpetuum ademiſſe? itaque, ut ipſi plurimos, qui proxime ad eadem ſe ſtudia contulerunt, incredibili ſua laude nequaquam retardare potuerunt: item hoc tempore aut illorum, aut horum ingenii magnitudo permouere neminem debet, quo minus, ſi ita ferat animus, ea ſtudia perſequatur, in quibus illi maxima cum laude, & ſumma omnium ſæculorum cum aſſenſione uerſati ſint. Neque enim, mihi credite, rerum ipſarum aut euoluta ſatis, aut prompta ueritas eſt, ſed obſcuro, & inexplicabili quodam

dam quasi inuolucro implicata, &, ut nobiles quidam philosophi tradiderunt, in profundo ita demersa, ut nec unius labore, neque unius ætate, sed plurimorum hominum industria, & multorum sæculorum spatio uideatur eruenda. Quàm multa enim sunt, quæ non dico Aristotelem, aut Platonem, aut qui ambos ætate anteceſſit, Socratem, sed eos quoque omnes, qui aut proximo, aut longo subsecuti sunt interuallo, etiam quærentes latuerunt, ultro autem sese nostris aut patribus, aut maioribus prodiderunt? Nam & cælestium orbium numerus, & stellarum errantium motus multo profecto certius ab his, quàm ab illis, est & inuestigatus, & traditus: & terræ ipsius remotissimæ, ac penitus abditæ partes, quò non solum nō penetrauit antiquitas, sed ne adiri quidem posse, natura ipsa repugnante, existimauit, & maximo consilio sunt, & præstanti animi magnitudine peragratæ. Iam uero & ad alieniſſimas, ac maxime longinquas nationes uel usus, uel uictoriæ causſa non modo comparata est nauigatio melior, sed & res ipsa militaris, ac bellica nouo quodam, & ante inaudito tormentorum genere reddita est instructior. Rempublicam uero, & populi libertatem, quam cum alii ante multi, tum maxime Romani summo consilio tractasse, ac defendisse semper uidentur, nunc multo certe prudentius patres uestri & gerunt, & tuentur. itaque ut illi bellicis fortasse artibus, sic hi domesticis, ut illi imperii magnitudine, sic hi diuturnitate iure gloriantur. siquidem inde uel cum hostibus, nel inter ciues perpetuo dimicatum, hinc optatissimæ pacis fructus

domi, forisq. partæ quotidie percipiuntur uberrimi. inde pauca quædam grauioris dominatus lustra, hinc iustioris imperii infinita iam prope sæcula numerantur. omitto situs urbis huius inauditam ante oportunitatem: quam esse tantam constat, ut hæc una in terris ciuitas ad imperium, ad decus, ad æternitatem condita uideatur; præterea admirabilem tot magistratuum rationem, incredibilem in iudiciis æquitatem, maximam omnium rerum inter ciues æquabilitatem, ceterasq. omnes huius præstantissimæ Reip. partes non solum inter se, sed etiam cum optimo, ac perfectissimo ciuitatis genere pulcherrime congruentes. Nimirum hanc urbis speciem, hanc ciuitatis præstantiam ueteres illi optimi uiri, atque omnium sine dubio prudentissimi animo finxerunt potius, quàm aut uiderunt unquam, aut audiuerunt, aut omnino futuram ullam aliquando in tam corruptis hominum moribus sperare ulla ratione potuerunt. Quæ si perspicua sunt, simul illud perspicuum esse quis non uidet, non solum eandem nobis, quæ ueteribus, aciem ingeniorum manere, sed, si exercitatione acuatur, multo etiam præstantiorem futuram. Nam, quòd rerum, scriptorumq., quibus in dies magis obruãtur, multitudine perterreri se quidam dicunt; id est eiusmodi, ut nimia potius eorũ penuria deploranda, quàm non necessaria copia exagitanda sit. Etenim qua re alia, dii immortales, in tantas his temporibus optimarum artium redacti sumus angustias, quàm, quòd ad eas cognoscendas prope innumerabilibus sumus præsidiis, quibus superiora abundarunt sæcula, destituti? Vbi enim philosophi sunt illi, qui

& ante, & post Platonis tempora cum naturæ, tum morum rationem diligentissime inuestigarunt? quorum tam magnus extitisse numerus traditur, ut, quemadmodum milites in cohortes, sic illi in diuersarum sectarum quasi quasdam acies secernerentur? Vbi tot oratores, tot poetæ, tot iuris, legumq. cõsulti? Vbi tot rerum gestarum, atque annalium, & historiarum scriptores ornatissimi, qui clarissimorum regum, & potentissimorum populorum facta Græcis, & Latinis litteris consignarunt? Vbi denique reliquarum artium inuentores prope infiniti? O C. Plini: maiorem appello. tu, qui nobis monumentum illud unum industriæ tuæ pro tot illis antiquorum millibus tradidisti, doce quanta tu, patresq. tui ueterum testimoniorum copia abundaueris, quanta nos, æqualesq. nostri eorundem inopia urgeamur. idemq. hunc illis errorem eripe, qui nimis magna se eorum ubertate diffluere arbitrantur, non intelligentes, quàm fœde omnia aut inimicæ uetustatis iniuria labefecerit, aut imperitorum sæculorum incuria deformarit. Quæ cum ita sint, sane efficitur, ut, quemadmodũ non nullarum recentium rerum, quæ scientia comprehendendæ sunt, paruo nescio quo labore torquemur, sic contra plurimarum ueterum, quarum obsoletam iam nimia antiquitate cognitionẽ prope in perpetuum deplorauimus, grauissima cura leuati simus, ita ut, quæ antiquissimis hominibus olim prope noua uidebantur, ea nobis pro uetustissimis hoc tempore habeantur. Nam, quòd duabus linguis, iisq. alienis, intolerabili prope cum labore percipiendis commoueri se alii dicunt; stultissimum

simum illud dare documentum uidentur, ut, qui nobis, post tot acceptas à barbaris clades, incredibili deorum benignitate amissarum quasi quidam thesauri artium commonstrati sint, eos aut negligamus, aut, quo nihil esse fœdius potest, ab alienis hominibus occupari, ac possideri, æquo animo patiamur. quasi uero hoc & nouum, & nunquam antea factitatum sit, ut, quæ domi nostræ non haberemus, ea, si usus ferret, aliunde sumeremus. nisi forte Græcos ipsos, maximarum disciplinarũ gloria celeberrimos, aut Indorum, aut Aegyptiorum, aut Phœnicum præclara quondam decreta approbasse, uoces autem, quibus ea tradebantur, odisse, aut sibi notas esse noluisse arbitramur. Equidem cum in antiqua monumentâ intueor, alienis linguis adeo ueteres studuisse uideo, ut non solum bellicosissimus, & potentissimus rex Ponti Mithridates duorum & uiginti populorum, quibus iura dabat, linguas perdiderit, sed Romani etiam aliquot hostilem Pœnorum linguam, quòd ea nescio quid scriptum forte non insulse erat, haud prorsus sibi esse contemnendam putarint. Quæ si uobis argumenta hominum imperiosorum, atque ignauorum probantur, assentimini, Auditores, & præclara disciplinarum genera ueterum linguarum desperatione deserite. sin autem uere optimarum artiũ studiis nihil esse præstantius ducitis: quid est, cur alienarum cognitionem linguarum, quas nulla unquam repudiauit antiquitas, omnis semper est amplexa humanitas, detrectetis? aut cur uel Græcorum magis hoc tempore, quàm illi quondam Aegyptiorum, uel Latinorum potius, quàm illi Græcorum,

rum, uoces negligatis? Ita ne uero? M. Cato, homo Romanus, Græcas litteras, quas ante perpetuo fastidierat, ultima iam senectute auidissime deuorauit: uos, patrum uestrorum tanta auctoritate neglecta, eas ætate florētissima respuetis? multi Græci, non pauci Barbari Romanarum quondam litterarum causſa maria etiam transmiserunt: uos, germana Romanorum progenies, Romana monumenta domi uestræ reiicietis? omnes ciuitates, omnes populi, omnes denique omnium terrarum gentes, modo aliqua sint humanitate imbutæ, non modo scholas, sed etiam fora, templa, cœtus, congressus Græcis aut Latinis circumsonare uocibus, honestissimum, atque grauissimum esse censent: uos, in ea ciuitate nati, quæ amplissimum omnis semper humanitatis, atque doctrinæ domicilium fuit, aures uestras, ne eas audiant, ullo labore, aut ulla desperatione claudetis? O fallaces & inanes eorū cogitationes, qui hanc urbem in eam spem condiderunt, ut Romanam remp. quæ tum funditus erat euersa, si non amplitudine imperii, at certe liberaliū artium studiis, quæ tum toto terrarum orbe pulsæ iacebant, uel æquaret, uel etiam uinceret. eo ne cō silio hanc iuuentutem tot in sæcula propagarunt, quæ ingeniis prædita singularibus, artes eas, quas maiores sui etiam ciuitate donassent, spretas excedere ciuitate, ingeniorum diffidentia, sineret? siquidem aut rectissimam quanque artem tollatis, Auditores, oportet; aut linguas, quibus illæ proditæ sunt, omnino conseruetis. Quòd si sine illis nec satis communis uita constare, nec moderatio in ciuitate manere, nec omnino ulla haberi ratio humani-

humanitatis poteſt: profecto & hæc, quæ tantorũ bonorũ ampliſsima quaſi quædam ſeminaria ſunt, fouere diligentiſsime opus eſt. Nam ſi ea loca, in quibus aut aurum, aut æs, aut argentum effodiuntur, quibus humana libido turpiſſime plerunque abutitur, tanta diligentia obuallantur: quanto nobis ſtudioſius ſecreta nobiliſſimarum artium quaſi latibula retinenda ſunt, quibus ampliſsimis præmiis accendimur ad memoriam gloriæ ſempiternam? Neque enim audiendi ſunt illi, qui exigua nimium ſe mercede ad tantos labores prædicant inuitari. ſunt enim iis, qui in libera ciuitate uixerint, ſatis ampla, qui liberam ciuitatem adminiſtrauerint, ampliſsima propoſita præmia, quæ partim maximorum in honorum adeptione, partim in egregia & præſentium, & futurorum hominum opinione, partim moderata fortunarum in amplificatione, qui quanquam leuiſsimus fructus eſt, uulgari tamẽ æſtimatione longe omnium grauiſsimus habetur, ſita eſſe ducuntur. Quamobrem cum & & res, quæ cognoſcendæ ſunt, paucæ, & uires ingeniorum ualidiſsimæ, & præmia ad excitandos animos ampliſsima ſint; nolite diffidere, Auditores, ueterum etiam laudem eorum, quos tantopere admiramur, quamcunque ad artem animum adiunxeritis, aut facile æquaturos, aut, quæ finitima gloria eſt, ad eam proxime acceſſuros. Quod ipſum etſi futurum nullo unquam tempore deſperaui: tamen auget nunc multo etiam magis ſpem meam perſpecta mihi uirtus, & induſtria ueſtra ſingularis. Me certe cum mea perperua erga iſtum ordinem ſingularis uoluntas, tum hodiernus iſte ueſter

ſter in hunc locum, quaſi ad priſtinam eloquentiæ poſſeſſionem recuperandam, incredibilis concurſus ita ad hanc cauſſam inflammat, ut me dies, noctesq. nihil aliud, quàm de ueſtris commodis, cogitaturum eſſe profitear. Ecquæ enim cauſſa eſt, cur non perpetuo pro iſtius utilitate conſeſſus laborem? cum & ipſe ab hoc fonte ad non nullam hominum famam profluxerim, & meus quotidianus hic labor ad aliquam hominum exiſtimationē, iſtorum commendatione ſubſelliorum, paulo latius di manauerit? Quamobrē uigilabo quidem mea ſponte (ut dixi) pro uobis libenter, at multo certe etiā libentius, quòd intelligo me à uobis ita audiri, ut maxima pars ueſtræ in audiendo laudis ad aliquam mei etiam nominis celebritatem attineat: ut, quantum in uos utilitatis ex meo labore, tantundem in me laudis ex attentione ueſtra redundet. Venetiis habita, M. D. LIII.

CAROLI SIGONII
PRO ELOQVENTIA
ORATIO TERTIA.

SI, QVANTVM animi in quibuſdam hominibus eſt hoc tempore, Auditores, ad præclara iuuentutis ingenia retardanda, atque omnino ad honeſtiſſima linguarum ſtudia reprobanda, tantum in me ingenii ad eadem excitanda, atque ornanda reperiretur: profecto & ipſe iampridem ſatis ueſtras mentes ad ampliſſima litterarum præmia inflammaſſem, & hæc ſtudia ab indigna illorum criminatione me non incommode hodierno die eſſe defenſurum confiderem. Etenim, cum duo ſint hominum genera, à quibus potiſſimum honeſtiſſimus iſte ueſter ad laudem curſus impediatur, unum eorum, qui uniuerſo litterarum generi, alterũ, qui rectiſſimæ huic linguarum rationi præcipue ſe inimicos eſſe præſeferant; cumq. priore anno uehementius eorum opinionem increbuiſſe animaduerterem, qui dicerent, non eſſe cur hoc tempore doctrinæ ſtudia tractaremus, quòd ad ueterum illorum, quos imitaremur, gloriam aſpirare non liceret; tum toto eo de genere illa dixi, quæ ſententiam eorum, ni pertinacius, quàm ſapientius agerent, facile poſſe frangere uiderentur. nunc uero, cum præclarum hoc linguarum ſtudium ab alteris intelligam tum ut parum neceſſarium, tum ut nimis leue contemni, ac derideri: tanto mihi alacrius eiuſmodi defenſionem ſuſcipiendam exiſtimo, quanto nos propius horum, quàm illorum, accuſatio petit. Ne-

que uero, si in nos à rudibus quibusdam, atque indoctis hominibus impetus fieret, summopere mihi de conatibus eorum repellendis, ac uindicandis esse contendendum putarem. uerum, cum intelligam, ut quisque uehementissime in rerum cognoscendarum studio elaborat, ita maxime nostram hanc quasi uerborum, ut illi uocant, disciplinam illudere, suaq. auctoritate, quæ magna est, imbecillos multorum animos à rectissima studiorum ratione deducere: facere non possum, quin, sollemni præsertim hoc die, quem unum ex omnibus pulcherrimum incredibilis uestra frequentia mihi reddit, atque in tanto litteratissimorum hominũ concursu paucis iniustæ illorum accusationi respondeam. Quos tamen ita sentientes homines ut gratulor in hac amplissima urbe reperiri nullos: sic, quando iam reliquam Italiam hæc opinio peruagatur, ea ne, tanquam pestilentia continenti uulgata tabe, hanc demum etiam purissimam ciuitatem inuadat, mihi in primis, cui publice tuendæ eloquentiæ negotium datum est, existimo prouidendum. Sed quoniam, ut dixi, acrius illi, ac uehementius agunt, quàm ut nos ornate, ac copiose, pro tantæ rei magnitudine, respondere possimus: uestræ erit humanitatis, atque prudentiæ, quæ pro uobis in officio retinendis ueriſſime disputabimus, ea benigno, atque attento animo audientes, falsis illorũ reiectis criminibus, singulari uestro potissimum studio comprobare. Magna igitur, ac molesta admodum mihi causſa suscepta est, Auditores, quippe quæ non maiorem ingenii facultatem requirat, quàm animi dolorem acriorẽ eliciat. Neque enim

facere

facere possum, cum uehementius in hanc totam linguarum quæstionem intueor, quin funestum earum, ac miserabile quoddam quasi fatum deplorẽ, quibus interneciuum uideo bellum ab indisertis hominibus prope in perpetuum esse indictum. Taceo cladem illam, quam ipsæ ingentem maiorum nostrorum memoria ab indoctis, & rudibus illis sæculis acceperunt: quam iccirco leuius quodam modo ferendam illis esse censeo, quòd ea ab reliquarum omnium artium pernicie incredibili nulla ratione seiungi potuit. Verum illud queror, cum reliquæ disciplinæ omnes hoc tempore, singulari quodam deorum munere, ex diuturna quasi iactatione conquiescant, hoc unum linguarum studium quorundam hominum pertinacia, ne pristinum dignitatis splendorem recuperet, impediri. Quod eò mihi esse uidetur indignius, quòd & per eis stetit, quo minus eximia reliquarum artium monumenta, paulo ante pernicioso barbarorum impetu labefactata, conciderent, & ab iis oppugnantur, à quibus merito præsidii aliquid expectare debebant. Nam, si qui huic studio iniqui sunt hoc tempore, atque infesti, ex eorum sunt potissimum numero, qui se philosophiæ studio dediderunt. quorum eam fere rationem esse, possis animaduertere, ut nobilissima, purisimaq. ueterum philosophorum decreta aut deformato, inquinatoq. Latino sermone explicent, aut, si qui paulo, quàm ipsi, emendatius, atque ornatius ea tractent, eos leues homines, & parum, quid maiestati philosophiæ conueniat, attendentes appellent. Qua in re illud primũ mihi pergraue uidetur, quòd orbem ipsum doctri-

doctrinarum, quas mirifico quodam inter se uincu lo iunctas esse accepimus, dissoluere, ac reuellere, linguarum uituperatione, conantur; deinde, quòd ea despiciunt, quæ omnium hominum consensu fir missima sunt quasi omnium disciplinarum, atque artium fundamenta. quasi uero aut ars ulla sine ope alterius probe intelligi, aut doctrina aliqua possit sine linguarum potissimum notitia comprehendi. Ac apud ueteres quidem quanta diligentia, ac prope religione hæc ipsa bonarum artium societas, atque cognatio culta sit, hinc intelligi potest, quòd neminem in una excellere arte, qui non omnes attigisset, posse opinati sunt: adeo ut non philosophis solum cognita esse oportere omnia, sed ne artifices quidem humiliores sine philosophia, id est sine uniuersa quadam omnium disciplinarum scien tia, recte in suo munere uersari posse existimarent. Quæ concordia si cui tuenda est, eis in primis merito uidetur tuenda esse, qui se omnium studiosissimos esse sapientiæ profitentur. quod quemadmodum assequi sine singulari quadam linguarum intel ligentia possint, profecto ne ipsi quidem credo facile demonstrabunt. Nam si, quod quisque sentit, id ipsum quale sit, nisi uerbis enuntietur, apparere non potest; & si omnino nostræ mentis est interpres oratio: iam illud perspici aperte potest, si, quæ quisque acute inuenit, ea aliis tradere, uel alienæ utilitatis, uel suæ ostentationis gratia, uelit, ne hæc quidem esse, quibus illa quasi contineri uiden tur, ornandæ, ac quodam modo faciendæ orationis studia negligenda. ut enim nobiles architecti in construenda præclara domo non parietum magis,

gis, aut culminis rationem habent, quàm fundamenti: sic nec egregiis philosophis eximia potius sapientiæ præcepta nota esse oportere, quàm uerborum, quibus illa quodam modo sustinentur, subsidia, statuendum est. Quam rationem ueteres certe philosophi, qui soli hoc grauissimo nomine digni fuisse uidentur, studiosissime obseruarunt. Nam Theophrastum quidem, & Aristotelem adeo floruisse dicendo accepimus, ut ille diuinitate loquendi nomen inuenerit, hic etiam aureum flumen orationis fudisse sit existimatus. Nam quid de Xenophonte dicam, atque Platone? quorum alterius uoce Musas quasi locutas ferunt, alterius, Iouem ipsum, si græce locutus esset, locuturum fuisse? Complectar uno uerbo. Nemo fere ex ueteribus illis philosophis, à quibus, tanquam ab uberrimis quibusdam fontibus, omnis ad nos philosophiæ cognitio emanauit, bonus intelligendi magister fuit, qui non idem etiam dicendi grauissimus auctor extiterit. Cur autem non sit? quia uerborum, inquiunt, leuissimum studium est. acute. an uero cuiquam unquam leue uideri illud demum studium debet, in quo summi philosophorum principes, Plato, & Aristoteles, tantopere uigilarunt? Duæ sunt enim huius quasi doctrinæ partes, una, quæ poetam, altera, quæ oratorem informat. has ambas adeo accurate, atque eleganter ii, quos paulo ante commemoraui, commentariis etiam editis pertractarunt, ut, quod his artibus præsidii adsit, ac dignitatis, id omne iure acceptum duobus illis maximis referatur auctoribus. quodq. præstans illorum de grauitate horum

studio-

ſtudiorum apertius demonſtrare iudicium poteſt, Ariſtoteles ipſe ad ea, quæ tam præclare de dicendi artificio ſcripſit, non pulcherrimi ſui ſtudii contentus gloria, Iſocratis rhetoris laude incenſus acceſsit. immo uero, cum florere eum nobilitate diſcipulorum uideret, & ipſe rhetoricam docere, & ludum habere uoluit, cum diceret, indecorum eſſe ſe tacere, Iſocratem loqui. Quanquam quid aut oratorum artem potiſsimum nominem, aut poetarum? quam, uel uſus, uel doctrinæ ratione optabilem, nemo unquam, in Græcia præſertim, harum omnium diſciplinarum parente, atque altrice, contempſit? Quid? Romæ, ubi quondam, propter perpetua militiæ ſtudia, nulla ex græcis artibus in pretio fuit, quippe qua ex urbe philoſophi, ac rhetores omnes acerbiſsimo etiam decreto aliquando ſint exacti, non ne eius etiam artis præcepta, quæ non ornate, ſed emendate loquendi principia continet, Varro, & Cæſar ſummo ſtudio tradiderunt? at qui uiri? ii, quorum alter ſummarum diſciplinarum cognitione Romanos ante ſe omnes, alter rerum geſtarum magnitudine omnes ex omni memoria homines ſine controuerſia uicit. Ergo ueteres illi non ſolũ de philoſophia ornate ſcripſerunt, ſed rationem etiam ornate dicendi aliis tradiderunt: nos non ſolum impure de noſtris ipſorum ſtudiis diſputabimus, ſed, ſi qui paulo caſtius loqui ſtuduerint, eos leues, & contemnendos homines eſſe ducemus? illi in maxima aut ſcientiæ, aut imperii gloria ne grammaticæ quidem artis tractationem ſibi indecoram eſſe duxerunt: nos neminem, niſi qui præcepta prorſus omnia grammaticorum

contempſe-

contempſerit, repudiabimus ? Hæc igitur quondam principum philoſophorum, atque ſummorum uirorum ratio fuit ; quam neſcio cur noſtri nō hoc tempore imitentur ; ut ipſi ſecum, quantum profiterentur, quotidie cogitarent ; cumq. ſe rationem intelligendi profiteri animaduerterent, ne loquendi quidem artem à ſua cognitione alienam eſſe arbitrarentur. Quamobrem, non tam quid ſentirēt, aut agerent, quàm quemadmodum ea dicerent, quærebant : neque rerum ſolum, ſed etiam uerborum à ſe exempla peti oportere cenſebant : neque in hoc ſtudio tantum, quia neceſſarium, uerum etiam quia graue, & honeſtum ducebant, diligentiſſime uerſabantur. Oſtendi, hanc quaſi uerborū ſcientiam, quam ſolam oratoribus, atque poetis propoſitam eſſe iſti putant, plurimum in ſe habere & neceſſitatis, & dignitatis. quid, ſi, eoſdem illos non uerborum magis eſſe, quàm rerum indagatores, atque artifices, probem ? Etenim poteſt ne aut res exprimi ſine uerbis, aut oratione quidquā, niſi res aliqua, demonſtrari ? Quid autem uel oratores oratione, uel poetæ uerſibus ſuis aliud complectuntur, quàm quæ præſtantiſſimis philoſophorum libris continentur, atque præceptis ? Dicam primum de poetis, quorum quibuſdam difficilior fortaſſe ratio eſſe uideatur. Poetarum igitur dico reconditam quandam eſſe doctrinam, eandemq. ex ipſius philoſophiæ penetralibus eſſe depromptam. Atque hoc quidem unuſquiſque, qui nobilium præſertim poetarum ſcripta paulo accuratius legerit, facile comprobabit. Etenim quis eſt in philoſophia locus, ſiue de naturæ primordiis quæras,

siue de rerum cælestium causſis , iisq. , quæ fiunt in aere , perturbationibus , siue de natura animorum, siue de rebus expetendis, & fugiendis, siue de ratione rerum publicarum , quis est, inquam, locus in philosophia eiusmodi à bonis poetis unquã prætermissus ? Quod uero multo maiorem habet admirationem , hi , non quid unus , aut alter eiusmodi de rebus senserit , tenent , sed omnes omnium sententias habent notas , neque perpetuo , ut illi, opinionem unam , sed modo hanc , modo illam pro libertate artis tuentur . putant enim eo admirabiliorem suam scriptionem fore , quo pluribus eam , ijsq. inter se dissimilioribus, sapientum sententijs , quasi dissimilium quorundam pigmentorum uarietate , distinxerint . Iam uero , quanti illud faciendum uidetur , quòd in scribendo poetæ non ueterum magis decreta philosophorum sequi solent , quàm ipsi ratione uti philosophorum ? quid est enim tam philosophi , quam eximiam quandam uirtutis speciem, quàm ipsi ideam appellant, posse exprimere ? at poetas non semper animaduertas res tales, quales sint , fuerint ue, effingere , sed plerunque , à rei ueritate recedentes , aut famam secutos hominum , eas eiusmodi simulare , quales popularis oratio celebrarit ; aut certe, perfectionem quandam uirtutis exquirentes , quales oporteat , oportuerit ue,confingere ; eosdemq. non in singulorum uirtutibus exponendis , sed fere in uniuerso uirtutis genere , & natura describenda, philosophorum more, uersari . Quamobrem iure Aristoteles poetas omnino philosophis esse similes affirmauit .

Puderet me , in re maxime seria id , quod dicturus sum,

sum, dicere, nisi huius dicti, grauissimum omnium philosophorum, Platonem auctorem haberem. Tanta, ac tam admirabilis poetarum doctrina est, ut eam non ex humano, sed ex diuino emitti pectore antiquitas arbitrata sit. siquidem, poetas Apollinis, Musarumq. afflatu uersus fundere, & à Musarum etiam hortis quibusdam, ac siluis carmina ad nos afferre, traditum est: neque uero ante efficere quidquam poetam posse, quàm diuino quodam instinctu concitatus sit, & è sua sede mens pulsa, atque dimota: Deum autem, eorum mente elata, ijs ministris propterea uti, & uatibus, ut nos, qui audimus, intelligamus, non eos esse, qui illa tam præclara dicant, qui mente careant, sed Deum esse, qui loquatur. Dixi de poetis, nunc de oratoribus est dicendum. quorum scripta si quis propius inspexerit, ea non magis ex rhetorum, aut grammaticorũ scholis, quàm ex eruditissimis dialecticorum, & philosophorum spatijs prodijsse fatebitur; quippe quorum præceptis informatos, atque imbutos eos ad dicẽdum uenire oportere, Aristoteles etiam prudentissime, uerissimeq. censuerit. Atque hoc quidem studium cum in communi uitæ usu, tum maxime in gerenda rep. & humana societate concilianda quantum ualeat, illud esse argumento potest, quòd, quæ homines ui sæpe facere recusarunt, ea prudentis oratione uiri deliniti facile, ac libenter fecerunt. præclare. eloquentiam enim quoddam quasi regendæ ciuitatis instrumentum esse, ueteres, prudentissimi homines, crediderunt: ut, quemadmodum nauis non à gubernatore solum, sed etiam à clauo, & equus non

ab equite tantum, sed etiam à fræno regeretur: sic nec respublica prudentia magis, quàm eloquentia magistratuum administraretur. itaque scite Homerus magnos illos reges, &, ut ipse inquit, Iouis satu genitos, non magis imperio, quo plurimum ualebant, quàm oratione populos sibi dicto audientes reddidisse, nec studiosius Iouem, consilii parentem, quàm Musas, eloquentiæ matres, ueneratos esse inducit. Quòd si hoc à regibus factum est, quibus æterna prope concessa est ad imperandum, & cogendum potestas: quanto à magistratu ipso, qui paulo post priuatus futurus est, obseruari diligentius debet, ne multitudinis animos, quò uelit, aliqua imperii ui, sed solis blanditiis orationis adducat? Est autem ita comparatum, ut, quemadmodum homo constat ex animo, & corpore, atque is quidem imperat, hoc uero paret; sic & mentem, & linguam ad ciuitatem administrandam adhibeamus: atque, ut gubernatoribus nauium imperantibus præsto sunt, qui mandata excipiant, atque aliis tradant; sic reipublicæ procurator mentē quidem, quæ imperet, habeat, linguam autem, quæ imperata accipiat, atque ad alios deferat. Quamobrem, si menti lingua obtemperat, & ad occulta eius sensa promenda, quod ei munus natura tribuit, parata sedet: quid interesse inter eorum, qui mentem, & qui linguam excolunt, studiū potest? aut quis est tam ignarus rerum, qui non intelligat, materiam utrique esse subiectam re eandem, ratione dissimilem? quod cum sapientissimus olim poeta quidam intelligeret, propterea recte, quòd tres linguas teneret, tria se corda habere gloriabatur.

ut

ut enim palatus sine corde sapere non potest : sic nec lingua, nisi quod in intimis cordis sedibus sit, potest efferre. Quæ cum ita sint ; quis est, qui hæc studia aut superuacanea, aut leuia, aut plena uerborum, inania prudentiæ ducat, nisi qui, quod ipse assequi uel propter ingenii tarditatem, uel ob laboris magnitudinem posse diffidit, id in alio damnandum esse existimet ? neque uero hoc mihi uideor, Auditores, temere sentire. Noui enim eorum, qui hæc iactant, industriam, atque doctrinam. Etenim, cum & ipse ab ineunte ætate publicis in gymnasiis assidue philosophiæ caussa uersarer, fiebat, ut cum eiusmodi hominibus una essem quotidie. me autem domesticus usus, & communis uitæ coniunctio docuit, eorum, quibus in primis hæc studia sorderent, doctrinam esse exiguam, infantiam singularem : pauca enim eos quædam Peripateticorum decreta tenere, eaq. tanquam religiosissima, atque sanctissima custodire : tribus, aut summum quattuor iam peruagatis responsionum generibus omnibus, quæ in naturæ cognitione propositæ essent, quæstionibus occurrere solere : has autem non Græco sermone explicare, de quo nihil nisi fama accepissent, non Latino, quem irriderent, sed nouo quodam, & ante inaudito loquendi genere, de quo ne inter omnes quidem eos conueniret, cum suorum sibi quisque non uerborum, sed portentorum faber, atque opifex esset, exponere : reliquarum artium omnium, quæ ad humanitatem pertinent, eos plane expertes, ac rudes esse : hac illos ratione sibi philosophi nomen arrogare, & se, tanquam Peripateticos, uenditare, ex diuturna,

turna, ut dixi, eorum consuetudine iampridem animaduerti. Quos quidem si non iudicio, sed desperatione ad hanc sententiam, tanquam ad scopulum ab æstu, & tempestate, adductos esse dicam, quòd duarum linguarum cognitionem, & magnitudinem exhorruerint, quòd maximos orationis illustrandæ labores pertimuerint: quis est, qui me iure possit reprehendere? præsertim uero cum ea studia, quæ à se aucta, & ornata magister eorum uoluit Aristoteles, ipsi sibi uituperanda, atque damnanda susceperint? O corruptos huius nostri sæculi mores, & penitus deprauatam ueterem disciplinam. philosophi quondam etiam nobilissimi magistros dicendi studiose audiebant: (siquidem Hermogeni Musonium diligentissime operam dedisse proditum est) nunc rhetores à philosophis uel infantissimis irridentur. illi sibi dedecori esse ducebant, nisi ornate, quæ sentirent, eloquerentur: hi sibi uitio tribuunt, nisi omnia impure, & deprauate loquantur. illi suo exemplo iuuentutem ad mentem, & linguam excolendam, & quodam modo subigendam, quoad poterant, impellebant: hi perpetua linguarum exagitatione à summa gloria ciuitatum studia deterrere conantur. quam, ut dixi, gratulor, tam pernicioſa opinione nondum huius ciuitatis animos esse imbutos. uiget enim, &, ut spero, in perpetuum uigebit in hac ciuitate antiquæ disciplinæ ratio: &, quem in optima quaque hactenus semper habuit, eundem in hac rep. habebit locum eloquentia. Sed, ne in aperta undique urbe eiusmodi opinioni aditus esse posset, uolui, à quibus uobis cauendum esset, ante denuntiare,

ac

ac potius nimis uobis cautus in re fortasse non admodum necessaria iudicari, quàm parum uestræ utilitatis, & laudis studiosus existimari. tantum enim abest, ut eos, qui non uerbo tenus, sed re ipsa, & ueritate doctrinæ philosophi sunt, ulla ratione contemnam, ut ipse eorum, qui illos non admirantur, sed prope uenerantur, appetam principatum. Itaque, quod ab his studijs mihi conceditur temporis, id omne libenter in eorum præceptis cognoscendis consumere soleo; ac tum denique ornate mihi dixisse uideor, si quid aliquando sapienter me dixisse intelligo. Quamobrem, ne in hac arte tractanda omnino à nobilissimis philosophorum institutis, & maxime Aristotelicis recederem, statui uobis hoc anno libros Aristotelis de arte rhetorica, atque poetica interpretari; partim ut intelligerent omnes, hæc etiam studia à philosophis esse profecta; partim ut ijdem scirent, quanquam natura in utroque genere maximum habet momentum, tamen artem ipsam, ab optimo auctore traditam, imbecillam etiam naturam posse quammaxime confirmare. Nolite enim ijs assentiri, Auditores, qui poetam ingenij magis uiribus excitari, quàm doctrina perfici putent, eumq. à Musis potius, quàm ab huius artis doctoribus, erudiri. sunt enim hæc quondam à philosophis, & à poetis ad studij huius dignitatem, & amplitudinem cõparata: quæ reuera aut nulla unquam fuerunt, aut certe nunc nulla sunt. ubi enim sunt istæ Musæ, Auditores, quærite: peragrate Thraciam, ubi Libethra; perlustrate Phocidem, ubi Parnasus; circuite Bœotiam, ubi Helicon sacrum eis esse domiciliũ dicebatur: nusquam eas,

mihi

mihi credite, reperietis. habitant enim nunc Musæ, habitant in pulcherrimis, eruditissimisq. ueterum poetarum, & antiquorum eius artis magistrorum scriptis, atque ibi sacrarium suum augustissimum collocarunt. Quare, qui se ad eorum lectionem studiose contulerit, quiq. singularem illam dicendi uim, quantum poterit, fuerit imitatus; hunc demum & Musis amicum esse, & ex earum præscripto uersus facere, prædicabimus; hunc amabimus; hunc admirabimur; hunc denique in cælum laudibus efferemus. Quamobrem, si res ulla tanta potest esse, quæ uestras mentes ad laborem possit quasi quibusdam facibus inflammare; hæc studia illa sint, in quibus merito quodam quasi ardore gloriæ conflagretis. Etenim, si athletæ, ceteriq., qui, uiribus freti corporis, ad depugnandum descendunt, omni neruorum conatu, diurnæ prope laudis gratia, in aliquo populari consessu contendunt: quanto uos acrius niti uiribus ingenii decet, quibus in maximo prope orbis terrarum theatro positis perpetua, æternaq. laus est constituta? nam ut corpus mortale, atque caducum est, animus immortalis, atque æternus: sic ea, quæ corporis robore pariuntur, fragilia, quæ uero animi uiribus, perennia, & sempiterna putanda sunt. quæ eò etiam præstantiora existunt, quòd omnia sunt in uestra uirtute, ac diligentia sita, cum cetera plerunque fortunæ fallacis arbitrio gubernentur. Vrgete igitur hanc tam præstantem occasionem, iuuenes, atque, repudiatis malis suasoribus, in hæc studia incumbite, quibus nulla aut ad usum uberiora, aut ad delectationem suauiora, aut ad laudem illustriora reperiuntur.

periuntur. Habetis ætatem oportuniſſimam ad diſcendum, ſcriptores ornatiſſimos ad imitandum, interpretem uero cum ante alias, tum hoc maxime tempore ueſtrarum utilitatum ſtudio uehementer incenſum. alios fortaſſe populos contemnere eloquentiam decet: uos, ad tantam gloriam, & amplitudinem imperij, atque reipublicæ natos, ei comparandæ profecto indormire non decet.

Venetijs habita, M. D. LIV.

CAROLI SIGONII
PRO ELOQVENTIA
ORATIO QVARTA.

SI QVIS est, qui miretur, Auditores, cur aliarum omnium artium plures hoc tempore, quàm litterarum in studio, elaborent; is tum denique, meo iudicio, mirari desierit, cum ueram huiusce facti causſam mente, ac cogitatione cõprehenderit. Mihi quidem in hoc acrius intuenti cum multæ aliæ probabiles huius rei rationes, tum hæc una in primis posse reddi uidetur; quòd reliquæ artes, uel propter usum, uel propter oblectationem, magno nunc apud homines in pretio sint; litterarum studia, uel rerum obscuritate, uel discendi labore, prope ab omnibus deserta iam diu obsoleſcant. quanquam non omnium litterarum eadem uidetur esse conditio. ut enim earum quodque studium maxime uendibile est, ita uehementissime à nobis hoc tempore celebratur. Age enim, legum, ac iuris cognitio summas afferre opes iurisperito in ciuitate existimatur: morborum curandorum ratio magna item habere ad tuendam uitam adiumenta creditur: ergo omnino non improbantur. at uero philosophiam, & eloquentiam, id est bene de omni proposita re sentiendi, dicendiq. rationem, pauci admodum amplectuntur. Sed de philosophia alio loco: nunc, quod ad nos attinet, de eloquentia disputemus. quæ quidem in hac ciuitate eo indignius oppugnatur, quo, aliunde pulsa, ab hac rep. humanius excepta, ac iam per multos annos libera-

lius culta est. ut uerendum magnopere uideatur, si, quod alij alia ratione moliuntur, effecerint, ne ex nobilissimo hoc libertatis, & gloriæ domicilio, in quo iampridem honestissime commoratur, exacta, uix regionem ullam inueniat, in qua libera conquiescat. Quamobrem præstantiam hominis alij merito hoc loco uerbis extollant: de uirtute alij, atque de optima rep. disputent: ego uero, cui in hac ciuitate patrocinium eloquentiæ publice commendatum est, eloquentiæ studia, ut soleo, publice ex hoc loco defendam. à quo autem defendam? non ab alienorum quorundam ab his studijs hominum impetu, quod priore anno suscepi, sed ab eorum, qui dicendi in primis grauitatem, & copiam admirantur. quo fit, ut hæc, quàm illa, quemadmodum iustior, sic acrior defensio futura sit. siquidem tum à barbaris, apertissimis hostibus, nunc à disertissimis inimicis, & huius potissimum gloriæ cupidis, id est à suis clam præclara hæc dicendi ratio oppugnatur. Est enim non leue genus quoddã hominum, qui eloquentiæ studio tenentur illi quidem, uerum eam non eruditorum hominum arte contineri, sed in quodam ingenij genere uersari statuunt: atque naturam ipsam, qua non repugnante magna se atque præclara omnia assecuturos esse in dicendo confidunt, ita amplexantur, ut locum prope nullum in hac facultate doctrinæ relinquant. unde autem, aut quibus potissimum rationibus, ut ita sentiant, adducuntur? Primum superuacaneum laborem suscipi censent, si, cum sine studio ad summam peruenire eloquentiæ gloriam possint, frustra doctrinæ adiumenta, atque præsidia quærant. deinde

inde, cum multo faciliorem esse naturæ uiam opinentur, artis obscuritatem, ac præceptorum uarietatem, & multitudinem reformidant. postremo, mouentur etiam non nullorum exemplo; qui quanquam nec præcepta ulla didicerunt, nec ea scire curarunt, non minimam tamen in dicendo laudem sunt adepti. Quæ omnia quàm leuia, atque inania sint, decreui uobis, Auditores, hodierno die, quo frequentes, ut soletis, in hunc locum ad intermissa hæc litterarum studia reuocanda conueniſtis, ostendere; nimirum ut, in hoc genere non solum quid sequamini, sed etiam quid declinetis, me potissimum auctore, quòd ita uoluiſtis, habeatis. Ego enim sic statuo, atque hoc quidem, maximis etiam ac sapientissimis uiris auctoribus, confirmo, neminem non modo sine dicendi doctrina, sed ne omni quidem sine sapientia excellere laude ulla eloquentiæ posse. Illud autem satis mirari non possum: tàm rudi, atque hebeti quenquam ingenio reperiri, qui, cum totum hoc genus animo complectatur, artem aliquo modo à natura seiungat, atque sola uel natura, uel ratione duce se proficere quidquam ad nominis celebritatẽ posse in hoc studij genere putet; neque idem intelligat, se, dum naturam exornat, artem ipsam, quæ à natura tota profecta est, exornare. Etenim, quid est aliud hæc siue ars, siue studium, siue exercitatio dicendi, quàm collectio quædam, & coaceruatio rerum earum, quas oratores, naturam intuentes, in dicendo suscipiunt? aut, qui demum alij eximiam hanc uim eloquentiæ pepererunt, quàm cum ab initio alij temere, alii consuetudine dicerent, qui, quid

esset,

esset, quare hi aptius, quàm illi, dicerent, obseruarunt? siquidem hæc antiquissima præceptorum omnium ratio fuit, non ut ea secuti homines eloquentiæ laudem assecuti sint, sed ut, quæ sua sponte oratores facerent, ea iudicio delegerint, oratione descripserint, generibus illustrarint, partibus distribuerint. ita non eloquentia ex artificio, sed artificium ex eloquentia fluxit; atque initium quidem dicendi natura, principium artis naturæ obseruatio introduxit. Hoc tam præclaro fundamento iacto, in eodem, ut dixi, rerum genere artem uersari, atque naturam; nunc, quæ deinceps innumerabilia consequantur, quibus mirabiliter augeri, atque ornari ars ipsa possit, attendite. Hoc enim dico, non eundem solum artis effectum esse, atque naturæ, sed multo etiam nobiliorem, & præstantiorem esse, quàm naturæ. quamobrem? quia natura, nisi expoliatur, ac perficiatur ab arte, per se rudis est, & imperfecta. neque enim ea nos tales genuit, ut, eam solam spectantes, cursum uitæ præclare conficere sine ratione, atque doctrina possimus. paruulos tantum in nobis scientiæ excitauit igniculos, atque exiguas quasdam rerum notitias informauit. itaque ars adhibenda fuit, ut ad ea, quæ uix inchoata acceperamus, consequentia exquireret, quoad esset id, quod cupiebamus, effectum. Etenim (ut ad singula ueniamus) quid in paranda domo aut rudius fingi natura potuit, aut arte solertius? illa usum tantum, hæc etiam dignitatem quæsiuit: illa tectum solum, hæc atria quoque, & uestibula fabricauit: illa denique, ut solis, & imbris iniurias arceremus, hæc, ut ibi etiam aliqua

qua cum honestate, ac delectatione commorare-
mur, ostendit. Referte nunc animum ad militarē,
& oratoriam laudem: profecto reperietis, ut nos,
naturam secuti, omnem uim, quacunque ope pos-
sumus, à corpore, à capite, à uita nostra propulsa-
mus, diuturna autem obseruatione diligentē quan
dam rationem armorum, telorum, copiarum, at-
que insidiarum comparauimus; sic, quanquam ita
facti à natura sumus, ut & blandiri iis, apud quos
dicimus, & rem gestam narrare, & nostra confirma-
re, contraria refutare, & ad extremum deprecari,
& conqueri sponte possimus, tamen nos hæc mul-
to acutius, ornatius, ac diligentius, quadam acce-
dente doctrina, esse facturos. Adde, quòd tardius
opus suum natura prodit, subsidiis autem rationis
instructa maturius. quid enim? non ne ualetudi-
nem per se quisque, etiam sine medicamentis, uel
tueri, uel recuperare potest? cur autem adhiben-
tur? nempe, ut id fiat celerius. Terra item, uario
leguminum genere fœta, fruges sua sponte fundit:
at quanto citius, si aliqua colendi quasi disciplina
accesserit? Quòd si in iis, quæ in nostra potestate
non sunt, naturam ipsam, per se forte lentam, in-
dustria incitamus, atque acuimus: profecto multo
facilius id faciemus in iis, quæ nostro prorsus inge
nio comparantur. Quid, quòd multa, arte duce,
adepti bona sumus, quibus omnino nobis à natu-
ra fuerat interdictum? Etenim maris, atque naui-
gationis usum natura immenso fretorum interual-
lo nobis intercluserat, ars aperuit: immanium be-
stiarum commoda sustulerat, ars restituit: aliarum
occultarat, ars indicauit: siquidem & naues, & na-
uigandi

uigandi rationem reperit; & equos, bouesq. mansuefecit, atque ad usum hominum transtulit; & oues, quarum uillis confectis, atque confertis uestimur, quemadmodum alerentur, ut ex iis fructus cultu, atque curatione nostra perciperemus, edocuit. Ergo, ut apparet, ars necessaria est ita, ut ne admirabilia quidem naturæ bona nobis suppetere sine quadam ratione, atque industria possint. hoc autem uel maxime hinc intelligi in dicendi studio potest. Quis enim sine philosophia, sine dialectica, sine legum, morum, iuris scientia hanc laudem satis callide tueri, atque acute poterit? at hæc non ingenio magis, quàm industria, nec natura potius, quàm doctrina, percepimus. Quid, quòd uitiosam, & mancam sæpe naturam ars, necessariis rebus adiiciendis, redundantibus amputandis, emendat? ut enim segetes fœcundæ, & uberes natura, non solum fruges, uerum etiam herbas edunt infestissimas frugibus: sic feraciſſima ingenia multa parere, atque inuenire, ad dicendum aut leuia, aut parum utilia, & apta, possunt, quorum, arte magistra, diligens ab oratore delectus habebitur. Neque uero, si quis obtuso forte, ac prauo erit ingenio, id ars non aliquo modo acuet, & corriget; si arido, atque ieiuno, non alet, atque augebit. indicat nobilissimi huius artis doctoris Isocratis peruagata illa sententia: qui cum Ephorum frænis, Theopompum calcaribus egere dixit, quid aliud, quàm, in illo præcipitem concitationem, in hoc lentam tarditatem corrigendam, ac parum rectum eorum ingenium doctrinæ cuiusdam quasi regula dirigendum, intelligi uoluit? Cum ergo ratio eundem,

quem

quem natura, finem intueatur; eundemq. sæpe præstantius etiam, quàm ipsa natura, attingat; cumq. multa bona, quibus nos natura quodam modo spoliarat, ipsa suppeditet, atque omnino naturam adiuuet, & emendet: profecto, quantum in homines detrimenti inferant, qui tam multa commoda despiciunt, irrident, reprehendunt, plane constat. Etenim, quid est aliud, cur nobis hoc tempore, id est tam sero, natos esse lætandum sit, nisi, ut multa, ab æqualibus nostris prudẽter, & acute in omni doctrinæ genere excogitata, cognosceremus, quibus eos, qui superiore memoria uixerunt, indiguisse non ignoramus? quorum ea uis est, is usus, ut ijs, demum cognitis, uix carere uita hominum posse uideatur. An uero ceteris in rebus egregia ueterum hominum instituta, & præcepta retinebimus, in hac una tam uaria, & tam multiplici dicendi facultate repudiabimus? cur ergo Aristoteles, cur Cicero, cur alij summi uiri tam multa dicendi præcepta litteris, & memoriæ consignarunt, siquidem habitus ipse naturæ per se satis ad dicendum ualebat? an, ut onus nobis minime necessarium imponerent? non, opinor: sed ut excellentes ingenio uiros subleuarent, hebetes acuerent, inertes excitarent, postremo, ut omnes homines, unde uera, & solidam gloriam quærerent, haberent. non enim omnes eodem præditi ingenio eadem præstare natura duce possunt, quæ arte magistra possunt. neque enim ingenium omnium est idem, at ratio omnibus est eadem, quæ doceat, quæ instruat, quæ corrigat, quæ in uiam deducat. quamobrem habet hoc ars, ut omnibus aditum ad eximiam laudẽ pa-

tefaciat: ſolis uero naturæ copiis inſtructi aſpirare ad eandem non omnes facile poſſunt. Ego porro ita cenſeo, aut hoc totum orationis illuſtrandæ, & cumulandæ ſtudium eloquentiæ ab omnibus repudiandum eſſe, aut prorſus ab omnibus amplexandum. cur? ne, ſi qui nulla ad dicendum parati doctrina ueniant, ab iis, qui parati ſint, ſi uel in ſenatu, uel in foro de rep. uel de re clientis inter ſe forte contenderint, inertia ſua de nobiliſſimæ gradu victoriæ depellantur. quamobrem? quia nemo fere non in ſe habet naturalia quædam ingenij ſemina; at artificium, non niſi qui diuturno ſtudio quæſiuerunt, adepti ſunt. Quo fit, ut, qui artem aſſumpſerint, naturæ bono ne careant; qui naturam afferant, doctrinam, quam contempſerint, afferre nullam poſſint. Sed hoc fortaſſe leue. quid illud? quàm contemnendum eſt? neque enim dubium eſſe poteſt, quin, ſi ars una corruet, reliquæ, eodem concuſſæ motu, ſubito concidant. ſunt enim omnes, præſertim quæ liberales appellãtur, adeo arcto inter ſe uinculo conſtrictæ, ut, quemadmodum altera uix ſine alterius adminiculo conſtare, ita nec tolli ſine alterius interitu poſſit. an uero extingui oratoria laus poteſt, niſi gubernandi, & differendi ratio ſimul obſcuretur, ac prope obruatur? quarum unius hæc quaſi propago eſſe, alteri quaſi ex altera parte reſpondere exiſtimatur. aut omnino oratoris quiſquam ſtudium delere, poetæ relinquere, aut has omnes artes remouere, reliquas conſtituere poterit? quibus ſublatis, profecto incredibiles ingeniorum acies obtundantur neceſſe eſt. Etenim ubi induſtria, qua artes continentur, atque

augen-

augentur, obtorpeſcit, ibi nec ingenium, quod ab ea acuitur, ualere ſatis poteſt. cuius ſi lumen extinguatur; uidete, quem tandem in locum omne hominum genus peruenturum putetis. ſiquidem humana uita ferro ſimilis eſt. ut enim ferrum, ſi exerceas, conteritur, ſi non exerceas, tamen rubigine pereditur: ſic homines exercendo conteruntur, ſi non exerceantur, inertia, atque torpedine plus detrimenti accipiunt, quàm exercitatione. ut autem ſocordia naturæ uires infirmat: ſic ſocordiam tollit induſtria, quæ diuturna conſuetudine confirmatur. Eſt etiam illud diligentiſſime prouidendũ, ne quid ab hominibus committatur eiuſmodi, quo humana natura peccare poſſit. nam ſi uel paululum lapſa fuerit, facile, pro ſua infirmitate, præcipiti ruina corruet. Hoc autem aptiſſime conſequemur, ſi noſtro quiſque ingenio non habenas effuderimus, ſed frænum iniecerimus, nec ſuis fretum uiribus inani efferri inſolentia patiemur, uerum honeſtiſsimis induſtriæ carceribus, ueterum ſummorum uirorum exemplo, continebimus. Quos equidem cum multis aliis de rebus ſumme laudandos eſſe cẽ ſeo, tum quòd, cum de ſe forte glorioſius prædicarent, ingenio nihil, induſtriæ plurimum tribuebant; illud extenuabant, hanc augebant; illud diſſimulabant, hanc præſeferebant. Quàm multa naturæ incommoda Demoſthenes ſuperaſſe traditur ſtudio linguæ, uocis, ſpiritus, motus? quàm multa Cicero? quàm multa alij? quæ præcepta collegiſſe dicuntur? num, quia ingenio nullo eſſent? minime uero. eo enim excelluerunt. an quia ſe ſolis naturæ opibus admirabiles in dicendo futuros de-

sperant? ne hoc quidem: cum naturæ habitum propè diuinum ad dicendum attulerint. cur tandem? quia, tardum ac pingue ingenium quàm ualde excitari, atque excoli præceptis, doctrinaq. possit intellexerunt; & quia tam lautam, ac tam magnificã oratoris supellectilem multo tum maturius, tum etiã facilius se paraturos esse ratione, & uia, quàm ingenio, & natura, crediderunt. Etenim quis est, uel acerrimo ad dicendum ingenio præditus, qui plane sine lumine aliquo præceptorum rationem possit caussæ cognoscendæ uidere, partes eius, ac status omnes animo comprehendere, argumentandi uim uariam, atque reconditam intelligere? præterea quis, initio captandas eorum, qui audiunt, uoluntates, deinde rem exponendam, postea controuersiam constituendam, tum id, quod intendimus, confirmandum, quæ contra dicuntur, refellenda, extrema autẽ oratione, quæ pro nobis sunt, augenda, quæ pro aduersario, abijcienda sine præceptorum doctrina cognouerit? Quæ omnia etsi pariter ab indoctis, & rudibus temere, & sine ulla ratione fortasse fiunt, aptius tamen certe, & callidius à peritis. argumento sunt ea, quæ de actione, & memoria tradita sunt: quæ licet maxime propria naturæ sint, in his tamen excolendis ars, & moderatio quædam etiam adhibetur. nam lingua, uox, latera, uires, animus denique ad memoriam firmus, quæ nobis à natura donantur, præceptis ita & studio conformantur, ut æque multa de his imbuendis, & fingendis, atque de rebus inueniendis, collocandis, & ornandis, ueteres dicendi artifices sibi præcipienda esse statuerint. Quæ cum

ita

ita sint; reliquum est, ut, quod secundo loco positum erat, de difficultate dicamus. Illud enim crebrioribus, quàm uellem, uocibus audio celebrari, difficile esse, oratorem, tam multis, ac tam uariis, quæ didicerit, præceptis occupatum, facile, atque expedite, quod sentiat, explicare, ac tam multas in partes animum, mentemq. distrahere: præsertim uero, cum oratio conformanda sit non solum electione, sed etiam constructione uerborum; cum omnis ratio, unde ad probandum elici aliquid possit, aperienda; omnis uis dicendi in eorum, qui audiunt, mentibus aut incitandis, aut reflectendis exprimenda; omnia denique hæc, ut res, ut tempus, ut locus postulet, dispensanda, atque tractanda sint. Ego uero hoc non difficile solum esse, sed ne omnino quidem fieri posse puto, si quis tum plane oratorie loqui uelit, cum præceptis oratoriis est instruendus; aut si quis tum denique, cum dicit, præcepta artis mente peruoluat. Nam, sicut in legendo, si quis litteras, uocesq. singulas secum perpendat, cum legit, is ne syllabam quidem scite pronuntiare possit; sin autem ante in singulis litteris cognoscendis elaborarit, deinde, coniungendis litteris, syllabas compararit; primo quidem tardius leget, deinde consuetudine paulatim expeditam quandam, ac profluentem legendi celeritatem adipiscetur: sic in hoc studio, si quis eodem tempore, quo præcepta perdiscit, se præclare, ac scienter esse dicturum existimet, uehementer errat: sin autem ea, quæ multo ante studio, atque doctrina perceperit, diuturno post usu, atque exercitatione tractarit, eam facultatem profecto consequetur,

quetur, ut quacunque de re facile dicere, nulla prope artis habita ratione, sed non sine summo tamen artificio possit. si autem grammaticum non miramur, quòd facile recte loquatur, nec genera, & casus in dicendo intueatur, quòd exercitatione effecit, ut facile non congruenti solum, sed interdum etiam ornata locutione utatur; nec cytharœdum, quòd, cum manum mouet, ad numeros proportionum, & fidium animum non intendat, quia, ex habitu iam longa tractatione corroborato, omnes digitos ita profert, ut nunquam, cum uelit neten pulsare, hypaten pulset: nunc quid miremur oratores, ubi diu, multumq. uersati in dicendi studio fuerint, apte & diserte nõ magno negotio posse dicere? Cur igitur homines prauam hanc opinionem mentibus imbiberunt? Quia pauci ab ineunte adolescentia dicendi copiæ student. ubi uero iam ætate corroborata fuerint, & ad honores petendos, aut ad caussas agendas animum applicuerint; tum, cum intelligunt, quantum ad gratiam, quantum ad opes, quantum ad gloriam eloquẽtia ualeat, ad hæc studia uel inuiti se conferunt; & eodem die gestum discere, atque in scenam prodire uolunt. sin autem magistrum dicendi forte quempiam audiant; tum ab eo, quæ ne multis quidem annis penitus cognosci possunt, uno statim die haurire omnia cupiunt. Quod ubi minus ex sententia cessit; tum, tota dicendi arte in perpetuum deplorata, suo cuique ingenio laborandum, suis nitendum uiribus esse, forum, non ludum, frequentari oportere contendunt. Summo labore eloquentia paritur? merito. ut enim quidque præstantissimum, ita maximis uigiliis

giliis comparatur. Ne longius abeam, quid est uirtute, & gloria præstabilius? atqui, uirtutem per labores iter facere, summi quondam poetæ fictis fabulis prodiderunt; ijdemq. etiam laborem gloriæ parentem appellarunt. Neque uero imperite alij quidam, qui bona hominibus omnia à diis immortalibus nullo alio, nisi laborum nostrorum, pretio uendi affirmarunt. nos tamen, his contemptis præceptis, difficultatis patrocinio segnitiem præteximus. neque enim sapientiam ipsam per se, nec quia res honesta, atque omnium pulcherrima sit, sed ad uilem usum, & sordidum quæstum expetimus. contra ueteres omni laude cumulatissimi. Demosthenem enim tanto studio doctrinæ flagrasse ferunt, ut etiam doleret, si quando opificum antelucana forte uictus esset industria. scilicet uir ille summus ægre ferebat, se, qui opus immortale tractaret, somnum capere, fabris ipsis ad rem uilissimam excitatis. Plato etiam, qui uir dij immortales? somnum nimiũ & animis, & corporibus obesse, uigiliam ei, qui & uitæ, & sapientiæ cupidus esset, aptissimam esse censebat. atque eundem etiam Platonem accepimus tanta industria in discendo fuisse, ut disciplinis, quas eruditissimæ Athenæ præstare poterant, non contentus, ad Pythagoram magistrum, tum in Italia ingenij, doctrinæ, sapientiæ gloria florentissimum, nauigarit, ac Aegyptiorum sacerdotes adierit, & eorum arcana perdidicerit. Pythagoras autem ipse non Aegyptiorum solum, sed etiam Persarum regionem perlustrarat, & Cretam, ac Lacedæmona, ac ficubi quid esset, quod disci posset, eò penetrarat. Quos uiros omnes potius, quàm

eos,

eos, qui nunc ista proferunt, censeo esse audiendos, neque labore ullum, in tam amplis præsertim præmiis, quæ eloquenti uiro in libera ciuitate proposita sunt, recusandum, uerum tanto alacrius optimo cuique adolescenti ad tantæ spem gloriæ suscipi. Neque uero me paucorum quorundam, quos isti sine studio, ac sine doctrina admirabiles oratores extitisse commemorant, exempla mouent. Ego enim sic existimo, Auditores, aut eos ipsos, si quid modo in dicendo potuerint, ne artis quidem penitus expertes fuisse, uerum eam, ut nimis fortasse in hac ciuitate suspectam, callide occultasse; (fuit enim hæc quondam magnorum etiam oratorum ratio, ut eo probabiliorem fore orationem putarent suam, quo minora artis adiumenta quæsisse existimarentur) aut certe, si ad diuinum eorum ingenium doctrinæ conformatio aliqua, & præceptorum accessisset, multo ipsos fuisse admirabiliores, & præstantiores futuros. Quanquam ne si unus quidem, aut alter eo fuit ingenio, ut sine aliquo studio, naturæ ipsius habitu prope diuino, per se ipsi eloquentes extiterint; propterea uestigiis illorum potius insistendum esse censeo, quàm eorum, qui innumerabiles, subsidiis artis fulti, incredibili dicendi gloria excelluerunt. Quamobrem hoc quidem consilij omnibus, qui eloquentiæ laude ducuntur, adolescentibus dederim, quorum incredibilem prope numerum in hac glorioſissima ciuitate esse intelligo: ne suo nimium ingenio freti, artem, quæ naturam, ut dixi, partim imitando, partim adiuuando, partim corrigendo, partim grauiores artes assumendo, locupletat, aspernentur, ac respuant, quæ cum

in

in ueterum ſummorum oratorum imitatione, tum in præſtantium rhetorum aſſidua lectione uerſatur, neque difficultate, quæ huic ſtudio propoſita eſſe dicatur, ulla deterreantur.

Hæc mea hoc toto de genere ſententia eſt, Auditores, quam hodierno die, ut uos ad hanc laudem ſtudioſe perſequendam pro meo officio cohortarer, tanquam perpetuæ meæ erga uos uoluntatis indicem, teſtemq. expoſui quàm planiſſime, & quàm breuiſſime potui. Equidem fateor me exigui huius laboris mei fructum maximum percepiſſe, quòd me, hæc ſtudia iam per annos quattuor acerrime defendentem, diligenter audiſtis. Etenim primum eloquentiæ uim, atque uſum ueriſſimis, atque ornatiſſimis laudibus extuli: deinde eos, qui, ingenij, & rerum deſperatione debilitati, ad laudem ueterum peruenire cum in omni, tum in hoc maxime ſtudio ſe poſſe diffiderent, confirmaui, atque ad ſpem ſummæ gloriæ incitaui: tum, qui, rerum ſtudio delectati, barbariem orationis affectarent, elegantiam dicendi uituperarent, fregi, atque abieci: nunc autem demum inteſtinas etiam noſtrorum inſidias patefeci, atque occultam quaſi quandam contra eloquentiam coniurationem indicaui. Hoc idem, dum licuerit, in perpetuum faciam: neque reprehenſionem ullam uerebor, dum in his ſtudiis non tam interpretatione mea illuſtrandis, quàm ab iniquorum obtrectatione defendendis elaborabo. me enim cum ueritatis, tum ueſtræ etiam gloriæ ſtudium incitat; quos omnes cum aliis ueræ laudis inſignibus, tum eloquentia maxime ornatos eſſe ualde cupio. Magnum enim ſemper fuit, atque erit omni

liberæ ciuitati eloquentia decus: maximum autem huic reip. quòd in hac sola prope apud homines his temporibus ueræ, & germanæ uestigia libertatis appareant. Est autem æquum, qui Romanæ in Italia libertatis honestissimam hereditatem creuerunt, eosdem etiam eius comitis, & sociæ eloquentiæ creuisse, atque utriusque rei patrocinium pari studio, ac diligentia custodire. libertatis autem, & eloquentiæ summus fructus est gloria: quam quidē uos aut nullo modo, aut certe perpetuo studio, atque labore uestro magnam in hac rep. consequemini. quod utinam aliquando, pro singulari mea erga uos, atque istam ciuitatem caritate, aut me hāc scholam obtinente, aut certe uiuente, contingat.

Habita Venetijs, M. D. LV.

CAROLI SIGONII
DE LATINAE LINGVAE VSV RETINENDO
ORATIO QVINTA.

QVEMADMODVM antea, quàm diu à uobis abfui, Auditores, nihil me triſtius, nihil miſerius, extitiſſe confiteor, quòd, quàm incommoda ualetudine laborantem, quàm de ſua ſalute ſolicitam optime de me meritam ciuitatem reliquiſſem, mecum ſæpiſſime cogitabam: ſic hodierno die, cum uos eoſdem, id quod ego perpetuis interea uotis, ac precibus à Deo abſens poſtulaueram, ſummo periculo prorſus emerſiſſe uideo; cum tanta animi uoluptate afficior, quanta percipi ab homine poteſt maxima; tum uero Deo ipſi immortales gratias ago, qui hanc remp. ad ſalutem, & dignitatem totius Italiæ, uos ad huius reip. decus, atque præſidium, me ipſum ueſtris, quibus ſemper conſului, commodis incolumem conſeruarit. Etenim hæc omnium hominum conſtans opinio eſt, eas Venetæ ciuitatis opes, eam Veneti imperij magnitudinem eſſe, ut huius demum unius urbis ſtatu uniuerſæ Italiæ incolumitas, atque amplitudo nitatur: neque uero poſſit ullum hæc reſp. detrimentum accipere, quo non eodem omnes penitus ciuitates Italiæ cõflictentur. ueſtra autem uirtus, uel è præſtanti maiorum hauſta nobilitate, uel liberali parentum confirmata inſtitutione, tanta eſt, ut hæc ciuitas magnam præſidij, dignitatisq. ſuæ ſpem in uobis collocare,

locare, si diu uita suppeditauerit, iure possit. Nam de me ipso hoc possum confirmare, me, ut ante ad tristissimum quenque de hac ciuitate nuntium inge muerim, atque imminentem eius sæpe calamitatem absens defleuerim, ita ut me ipsum demens sæ pe reprehenderem, qui non in quemcunque casum uobiscum remansissem, sic nunc meum consilium uehementer probare, qui me uestris omnium com modis, ac publicæ huius urbis utilitati reseruarim, ac mihi ipsi, quando ceteris tum non possem, quacunque ratione prospexerim. Quamobrem si præcipuo Dei munere suam aliquando huic ciuitati salubritatem, egregia magistratuum diligentia pristi nam urbi faciem, admirabili senatus constantia omnibus Italiæ populis antiquam spem salutis, & incolumitatis restitutam uidemus: & nos etiam, quantum est situm in nobis, huic urbi uetera digni tatis insignia, intermissa hæc litterarum studia reuo cantes, prompto animo reddamus. Quod ipsum haud difficile factu opinor, si uos & pristinæ uestræ uirtutis, atque harum, quas nos profitemur, litterarum, & fructus, & dignitatis memineritis. Quibus de rebus cum sæpe aliàs differuerim, nullum certe hoc tempore uerbum facerem, nisi me nouorum quorundam hominum ratio, quos iam nimium multos esse sentio, ad hanc orationem adduceret. Sunt enim, qui, uel ingenio suo diffisi, uel laboris magnitudine fortasse deterriti, hoc tempore in nostro hoc litterarum curriculo ita uersantur, ut nouam hanc uulgarem, quam uocamus, linguam unam amplectantur, latinam illam ueterem penitus aspernentur. quos ego quia pernicioſa, & falsa

duci

duci opinione censeo ; ac, sua illi non mediocri auctoritate egregia uestra ne remorentur studia, ualde, ut debeo, pertimesco ; nihil alienum me facturum esse arbitratus sum, si hodierno die, quo mihi languentes uestri ex superiore studiorum intermissione animi sollemni cohortatione sunt excitandi, quid hac tota de ratione sentiam, uobis breuiter aperirem, atque, illorum refutata sententia, uos ad linguæ Latinæ usum non retinendum solum, sed parandum etiam inflammarem. Primum igitur illud satis constat, omnibus antiquo naturæ concessu datum esse hominibus, ut sensa animi sui uerbis eloqui, atque oratione exprimere possent. sed factum est tamen nescio quo modo, ut mens omnibus tributa sit eadem, oratio uero non eadem. Etenim ut non eodem modo nunc Itali loquuntur, atque Galli, nec Hispani, atque Germani, nec hi omnes, atque reliqui Europæ populi : sic nec easdem uoces quondam Phœnices usurparunt, atque Aegyptij, Chaldæi, Græci, atque Latini. Neque uero hæc linguarum tanta uarietas, ac dissimilitudo uniuersas solum inter se prouincias, sed partes etiam ipsas prouinciarum inuasit: ut quemadmodum non nulla hoc tempore est in Italicis etiam uocibus differentia, sic tum eadem esset in Græcis. unde tanta est uel ad uitæ usum, uel ad scientiæ fructum exorta difficultas, ut, qui in rebus uel agendis, uel intelligendis excellere uelit, uix una, aut duabus linguis esse contentus possit. si qui autem aliqua loquendi unquam gloria floruerunt, ij profecto Græci, ac Latini fuerunt. hoc cum annalium ueterum monumenta testantur, sum

ex

ex orationibus etiam, & scriptis eorum ornatissimis intelligi potest. Ac Græci quidem, ut otio, studioq., sic doctrina, & eloquentia abundarunt. Latinos autem rei militaris primum, deinde dicendi, atque intelligendi studium occupauit. sed tamen, ut ex fonte riuus, sic ex Græcorum oratione Latina fluxit oratio; non tam apparata illa quidem, ac diues, sed grandis tamen, & ornata, & ad, quidquid uelles, significandum aptissima. atque hæc quidem stante rep. & uigente imperio ita floruit, ut non Romæ solum, sed in tota Italia Latine omnes uulgo ita loquerentur, ut eos sono uocis fortasse, uerbis quidem certe uix internoscerés. itaque, cum Græcorum exemplo Romani homines orationi suæ locupletandæ, atque excolendæ animum adiecissent; incredibile est, quàm breui, quantam illi ubertatem, quantum nitoris attulerint, quàm bonos oratores, nobiles poetas, egregios rerum gestarum scriptores nobis imitandos reliquerint. Postea, Romano iam labente imperio, atque oppressa sæpius impetu barbarorum Italia, Latino sermoni uulgaris hic noster succesſit: qui corruptus pronuntiatione, atque admistis fortasse aliquot etiam barbarorum uocibus, totus primum, aut magna ex parte Latinus fuit; deinde, ut ab uetere tot sæculorum usu magis, magisq. recessit, sic paulatim propriæ uenustatis, & gratiæ plus adeptus, inops tamen uerborum ita creuit, ut, quantum Romani homines à Græcis, tantum nos, ac multo etiam magis à ueteribus Latinis diuitijs orationis, & uerborum non copia solum, uerum etiam splendore uincamur. Tum uero cum nostri etiam orationis suæ apparandæ, ac

quasi

quasi faciendæ nō mediocri studio flagrare cœpissent, huic linguæ ornatum illum omnem, et eam auctoritatem, qua nunc quidem est prædita, pepererunt. Nam & ipsi scripta aliquot reliquerūt, quæ tum ingenij, tum doctrinæ elegantiam non exiguā præseferant, & possint etiam (suum enim cuique libenter tribuo) cum aliquot ex ueteribus, uel eruditionis, uel acuminis gloria, comparari. Ac nescio, an unquam alias uehementius hoc studium, quàm hac ætate, cultum, & celebratum sit. sed ita multos in eo uideas elaborare, non ut, quemadmodum priores illi, quorum nunc etiam ingenium & industriam admiramur, ex Latinæ linguæ copiis ad hanc ditandam aliquid assumant, sed, illa contempta, nullam aliunde, quàm à se ipsis, petendam opem existiment. Quorum quàm irridendum, explodendumq. consilium sit, facile unicuique liceat intueri, qui modo, quibus illi rationibus in hanc sententiā adduci possint, cognouerit. quid enim? utilitate ne huius linguæ trahimur, an dignitate? his enim potissimum rebus omnes actiones nostras metimur, atque dirigimus. Quis est autem tam ignarus rerum, qui se fructus uberiores ex huius orationis studio, quàm ex illius, percipere posse confidat? Etenim quàm multa sunt Latinis consignata litteris, quæ non sunt nostris? aut quæ nostris his prodita sunt, quæ non eadem multo meliora sint Latinis? poetas habemus aliquot non inelegantes, annalium scriptores fortasse tolerabiles. fateor: at oratores, philosophos, & reliquarum artium magistros pene nullos. Ergo qui huius unius linguæ studio delectabitur, carebit cognitione oratorum,

care-

carebit philosophorum, carebit historicorum, carebit omnium ferme rerum, quibus humanæ uitæ ratio continetur. nec illa solum incommoda subibit, in quæ, qui quondam apud Romanos, Græcis neglectis litteris, totos se Latinis abdiderunt, inciderunt, sed eo etiam grauiora, atque maiora, quo minora ad uiuendum, & intelligendum ex his, quã ex illis, suppeditari nobis adiumẽta possunt. Quanquam quis unquam Romanus tam Græcas despexit litteras, quàm hi nostri Latinas? remp. illi quidem litteris, rem militarem forensi, actionem eruditioni, bellum paci præferebant. at, si ad regendam ciuitatem doctrina dirigenda, si ad remp. tractandã præcepta disciplinæ paranda essent, ex Græcorum ea fontibus, è quibus emanassent, sine dubio haurienda esse cõfitebantur. Itaque, postquam Romæ ab externis bellis quies esse cœpit, nec intestinis resp. seditionibus laborauit, Græcorum artes coli ab omnibus, & non negligi studia litterarum cœpta sunt. adeo ut M. ille Cato, ille inquam, qui Græcas ab ineunte ætate litteras perpetuo exagitauerat, atque oderat, easdem senex laudauerit etiam, studioseq. didicerit. quid fecerint deinde ceteri, cum exempla in medio sint pene innumerabilia, dictu superuacaneum puto. discebant enim tum uulgo homines Græcas litteras ita fere, ut nos nunc Latinas, quòd, quantum cum ad dicendum, tum ad agendum ualerent, non ignorarent. quid nunc nostri? tantum uel ingenio, uel fortunæ tribuunt suæ, ut antiquiores omnes artes, tanquam peregrinas, & nihil ad se pertinentes, contemnant. contemnant? immo uero pro nihilo habendas

putent. quasi uero, si otium ad hæc alenda studia postulandũ sit, non tanta pax huic ciuitati adsit, quanta à dijs immortalibus optari possit, tanta quies, quanta ne fortasse quidem unquam in libera, opibusq. firma ciuitate extiterit. Sed uidete quæso, quid inter nos, & sapientissimos illos, ueteres Græcos intersit, ac quantum huius sæculi mores à prisca illa industria, & probitate defecerint. Illi, cum in ea terra orti essent, quæ bonas omnes artes procreasset, aluisset, ornasset; tamen, ut occultiora quædam scientiæ sibi ignota mysteria discerent, alienas etiam linguas, & nihil ad se attinentes, sibi cognoscendas putarunt: nos Latinam linguam, huius nostræ non parentem solum, sed nutricem etiã, dij immortales, atque magistram, ingrati auersamur, & fugimus. illi uias omnes scientiæ, quas potuerunt, indagarunt, atque inuentas nobis accurate demonstrarunt: nos, omni ad cognitionem aditu obstructo, quæcunque possumus desidia, atque inertiæ patrocinia comparamus. Sed contemnamus Græcos, irrideamus Romanos: illorum auctoritatem cum libertate euanuisse, horum grauitatem cum imperio obsoleuisse dicamus: quid? patrum, maiorumq. uestrorum institutum, eorum, qui hæc ex minimis tanta fecerunt, num cui tandem pro nihilo habendum uidetur? illi uero cum uniuersis prope terrarum gẽtibus nobilissimam bonarum omnium artium, & linguarum quasi officinam in suo imperio aperuissent, nullos certe huius recentioris linguæ doctores accersiuerunt, cum aliarum omnium magistros non minimis etiam præmiis quamplurimos aduocarent. cur ita? quia gra-

uiſſimos uiros, atque omnium ſine dubio prudentiſſimos non fugiebat, fruſtra in ea re, quæ nullum ad uitam inſtituendam momentum haberet, operam collocari. Vulgaria autem hæc, quæ nos tanti facimus, monumenta eiuſmodi eſſe illi iudicabant, ut aut ad deprauandas potius, quàm conformandas iuuenum mentes ualerent, aut certe, ſi quid oportunitatis afferrent, facile ab omnibus percipi, uel mediocri ſtudio, poſſent. Hic eſt igitur fructus unus uberrimus, poſſe, quæ plurima Latinis litteris præcepta diſciplinæ traduntur, cognoſcere, ad uitam, ad mores, ad remp. ad familiam, ad Dei, & naturæ cognitionem, ad omnem denique humanitatem pertinentia, quæ uulgaribus his noſtris uel nulla continentur, uel certe cum Latinis nullo pacto conferenda. Sequitur alter ille, qui non in intelligendo, ſed in ſcribendo poſitus eſt. nam qui ſuam ad Latine ſcribendum induſtriam conferunt, ij ea lingua ſenſus expromunt ſuos, quæ, cum & bonorum uerborum abundantia præſtet, & pluribus nationibus nota ſit, maiora etiam hominum generi afferre adiumenta poteſt. Nam noſtra quidem lingua, ſi uere iudicandum eſt, multis in locis hæret, & nimia quadam ſæpe paupertate uerborum laborat. contra Latinæ hæſitantiam fere nullam, immo luxurioſam, & redundantem ſupellectilem, ſi cum hac conferatur, animaduertas. Atque hæc etiã Italiæ tantum exiguis ſane finibus terminatur, illa in omnibus prope gẽtibus intelligitur. quod quanti faciendum ſit, declarant apud Romanos, qui quondam res Romanas Græcis litteris, ut pluribus eſſent cognitæ hominibus, tradiderunt. egregie.

eſt

est enim insita naturalis quædam in hominibus gloriæ cupiditas, ac sitis, ne in sapiente quidem, ut ego arbitror, reprehendenda. cuius gratia quàm multos, dij immortales, & quàm graues labores in omni difficillimarum artium genere sustinemus? ut nomen nostrum, quod per se obscurum esset, honesta multorum prædicatione illustretur, quæq. laudes nostræ, quantæq. fuerint, pateat quamplurimis. Neque uero nos solum, qui scribendi studio detinemur, nostra ad omnes peruenire ingenij monumenta cupimus, sed etiam ij, quorum à nobis facta memoriæ litterarum produntur, quæ ipsi sapienter, fortiter, clementerq. fecerunt, longinquas ad regiones, &, si fieri possit, in ultimas terras transportari, & ab omnibus cognosci uolunt. quod idem in leuioribus etiam studiis accidit, ut nemo uehementius illi arti studere uelit, quæ patriis contenta finibus incolas tantum utilitate afficiat, sed quæ cum artificis laude ad alienos translata, omnibus esse gentibus admirationi, adiumentoq. possit. Ergo illi, quorum uirtus, quia consecrata litteris à nobis est, in æternum permanebit, omnium gentium prædicationem, laudemq. desiderant: nos, qui eorum facta scriptis in perpetuum propagamus, hac exigua Italorum hominum uoce contenti, nobilia Gallorum, Hispanorum, Germanorumq., quibus linguæ nostræ ratio obscura est, præconia respuemus? manuum hi, & corporis fragilia opera omnibus nationibus patere cupiunt: nos præclara hæc animi, atque ingenij monumenta nostris tantum hominibus nota esse patiemur? uidete, ne, ut illis magnum honestatis incitamen-

tum est, hoc sperare, sic nobis, idem non optare, flagitium sit. Neque enim audiendæ sunt quorundam hominum uoces, qui se Romanorum persequi uestigia dicunt, qui Græcis litteris ideo studuerunt, ut inde præcepta scientiæ elicerent, Latinis uero, ut, quæ à Græcis accepissent, memoriæ, ac posteritati mandarent. cur autem non audiendæ? quia non horum temporum eadem, quæ illorum, ratio est. Romani enim cum longe, lateq. dominarentur, ea spe duci ad scribendum Latine poterant, fore aliquando, ut, propter imperij amplitudinem, ac reip. maiestatem, ab omnibus ijs, quos in fide plurimos haberent, scripta sua cognoscerentur, atque ut antea extra Italiam arma, sic etiam orationem efferrent, eamq. trans alpes, atque trans maria in omnes omnium sociorum prouincias, id est ad sola terrarum ultima deferrent. Italis autem hoc tempore, tantum abest, ut spes ulla eiusmodi sit oblata, ut illud potius extimescendum sit, ne, cum magna pars Italiæ ab exteris gentibus teneatur, & quotidie noui alienigenarum in hanc regionem impetus timeantur, nostra hæc demum loquendi formula uel funditus deleatur, uel certe, peregrinis acceptis uocibus, aliqua ex parte corrumpatur. id quod quàm facile possit euenire, nisi hæc resp. in qua una hoc tempore expressa antiquæ maiestatis imago cernitur, ipsam una cum Italiæ libertate pro sua cõsuetudine tueatur, nemo non intelligit. peperit enim eloquentiam libertas, aluit, custodiuit: quam eandem seruitus extinxit, consumpsit, ac dissipauit. Testes sunt Græciæ ciuitates, testis est ipsa Roma, in quibus dicendi studium,

dium, quod cum libertate floruerat, cum seruitute exaruit. Quid ergo? dicet aliquis: an hæc lingua relinquenda, quæ nostra est, quam non ex libris accepimus, sed à natura arripuimus, non à magistro didicimus, sed à nutrice hausimus, non in scholis percepimus, sed in cunis cũ lacte ebibimus: illa sola retinenda, quæ aliena est, quæ sexcentis è chartis, & cõmentariis, & præceptionibus petenda est? Nõ ego id statuo. neque uero id pugno, ut hanc linguam radicitus ex communi usu euellam; præsertim uero qui & ipse nõ nihil in hoc genere aliquando studij posuerim, atque aliis multis, ut idem facerent, auctor fuerim: uerum illud contendo, ne Latinam linguam, quam tot sæcula fouerunt, nos de sinu eijciamus, hanc uero unam uulgarem, tanquam filiolam, in delicijs habentes ornandam, & colẽdam perpetuo quodam studio iudicemus. detur utrique, quod utrique debetur. Placet sermonem nostrum ab inopia uindicari? recte placet. non enim ego uoluntatem reprehendo, sed iudicium in uoluntate desidero. Confugiat hæc lingua recentior ad illam ueterem, quasi parentem suam. Vult locupletari? inde opes accipiat. sapere? inde prudentiam hauriat. exornari? inde pigmenta colligat, & artem discat illustrandi. denique, si fructũ quærit, præstantiores ab ea fructus, quàm à se ipsa, expectet. Neque enim hoc tempore adeo Latinæ linguæ studium intermissum est, ut penitus interciderit. immo retinetur, & celebratur adhuc à multis: quiq. in scribendo aliqua cum ingenii laude uersantur, non solum non uulgo despiciuntur, sed præmiis quoque nõ mediocribus inuitantur. Neque

que uero, dum hic rerum ſtatus extiterit, dum hic mos, atque hæc conſuetudo permanſerit, deſperandum eſt, quin ampliora ſemper illis, quàm his, ſint præmia conſtituta. ut ingenioſo, & ſolerti adoleſcenti aut utraque ſtudiorũ uia ſit ineunda; quod & fieri poteſt, & me non improbante fiet: aut, ſi alterutra, eam ingredi certe præſtantius ſit, quæ ſibi, & ceteris plus dignitatis allatura uideatur. Nam quòd rei difficultatem prætendunt quidam, primũ miror, difficile uideri quidquam poſſe, quod cum alij hac ætate, tum in hac potiſſimum ciuitate multi fecerunt, ut in utroque ſcribendi genere ita excellerent, ut in altero cum ueteribus iam facile compararentur, in altero etiam contendere uiderentur. deinde, ſi difficile eſt, quod concedi tamen poteſt; non ad hominum ingenia retardanda, ſed ad eadem incitanda ualere debet iſta difficultas: cum illud ſatis conſtet, ut quidque non facillimum eſt, ſic idẽ, quia rariſſimum ſit, maxima æſtimatione digniſſimum eſſe, atque omnino eximiam laudem paucis ſemper in omni ſtudij genere patuiſſe. qui autem in utraque ſcribendi ratione elaborarit, haud parem, meo iudicio, propoſitam habet apud homines nominis, & gloriæ commendationem. Nam qui Latine ſcripſerit, ſi ad laudem antiquorum, non dico, peruenerit, ſed uſque eò acceſſerit, ut longiſſime non diſtet, is, quia cum paucis id fecerit, ſatis magnum ex labore ſuo fructum ad memoriam immortalitatis adeptus erit. qui autẽ in patrio ſermone ſe exercuerit, idem, quia nemo eſt, qui, quæ uelit, patria oratione non exprimat, ac, ſi mediocre ſtudium afferat, facile non recte ſolum, ſed etiã

ornate dicendi facultatem consequi possit; quæ propria, maximeq. solida laus esset, eam cum multis aliis communicatam extenuabit, ac tanquam in frusta concidet. Neque enim, si dignitatis demum utriusque linguæ sit contentio facienda, quenquã tam aut alienæ gloriæ inuidum, aut studiosum suæ futurum arbitror, qui non illam huic longe amplitudine, & grauitate anteponat, præsertim cum idẽ intelligat, illam per multa sæcula imperasse, hanc fere iam per plurima paruisse; illam leges, ac iura bellicosissimo, ac potentissimo populo Romano, atque omnibus fere terrarum gentibus dedisse, hãc nihil dum, nisi quotidiana quædam colloquendi, & contrahendi uocabula inuenisse: ut hæc quidem despicienda minime sit, quia nostræ, quæcunque est, conditionis est socia, illa uero, quia tanti parens imperij fuerit, etiam ueneranda uideatur. Tenete igitur antiquam Latinæ linguæ possessionem nobilissimi adolescentes, atque in hoc studium toto pectore, ut instituistis, incumbite: ne ad exteros, ut iam imperij, sic linguæ Romanorum gloria transferatur. Neque enim ulla alia uel pristinæ libertatis, uel antiqui decoris, uel ueteris dignitatis Italiæ extant uestigia, quàm honestissimum eius linguæ, qua quondam uniuerso terrarum orbi iura præscripta sunt, patrimonium. quod ipsum non diligenter custodire, inertiæ culpa, custoditum dissipare, profligatæ cuiusdam socordiæ uitium esset. Hoc cum omnibus Italiæ populis merito faciendũ est, tum maxime huic ciuitati, cuius unius opes Italia dubiis in rebus intuetur, & patere sibi quasi portum in aduersa tempestate tutissimum existimat.

Res

Res autem in eum adducta locum est, ut, qui Latinæ linguæ studium retinuerit, is uniuersum nomen Latinum, quod iam nimis angusto spatio contractum est, atque antiquam eius imperij gloriam conseruasse, propterea q. summis litterarum præconiis exornandus esse uideatur. Hoc tempore præclara urbs Roma, atque aurea quondam illa Rostra, qui fuit ornatissimus olim ostentandæ eloquentiæ locus, se huic ciuitati commendant, ac tradunt. uestrum est efficere, ut, quemadmodum urbs ipsa, grauissimis sæpe bellis oppressa, salutis opera à maioribus uestris implorauit, sic eadem linguæ suæ, quæ amisit, ornamenta, uestra diligentia, curaq. recuperet. quam quidem ad rem etsi meæ quàm tenues, quàm infirmæ sint opes, intelligo: tamen pro perpetua mea, & constanti erga uos fide, ac beneuolentia, quidquid in hoc munere præstare possum, libenter id polliceor totum, ac defero. Me uobis & mea uoluntas, & uero etiam beneficia uestra ita obstrinxerunt, ut, qui uelit, eodem me in hoc studii genere uel duce, uel socio facile uti pro arbitrio possit.

Habita Venetiis, M. D. LVI.

CAROLI SIGONII
DE LAVDIBVS HISTORIAE
ORATIO SEXTA.

CVM ALIAE res, Auditores, maiorum uestrorum singularem sapientiam declarant, tum hoc in primis, quòd hæc uobis præclara litterarum studia quotannis intermittenda censuerunt. nimirum intelligebant prudentissimi uiri, uel corporis, uel animi uires ut perpetua contentione debilitari, ac frangi, sic, concessa quiete, refici uehementer, & confirmari. quod cum ita esse & multorum exemplo sæpe cognouerim, & in me ipso aliquando senserim: gauderem equidem uestra caussa, quorum studiis mirifice faueo, atque etiam, quoad possum, consulo, si modo, quantum ad ingenia uestra, tantundem accessisse ad uoluntatem existimarem. sed quoniam, ut sæpe uoluntas ab ingenio, sic ingenium à uoluntate destituitur, coniuncta uero aditũ ad æternam gloriam patefaciunt: propterea, quod à me uel ea persona, quam suscepi, uel ætas uestra postulare uidetur, id faciam, ut cum harum artium, quas colitis, aliqua laude grauissimam cohortationem ad uos excitandos, & ad hæc honestissima subsellia celebranda coniungam. Quanquam me peruersa imperitorum quorundam hominum consuetudo ualde perturbat: quos ad optima quæque nullo discrimine uituperanda paratos, ubi nos de uobis ad litteras, id est ad summum decus, incitandis uerba esse facturos exaudiunt, animaduerte re facile possis, uniuersam hanc nostram industriam

continuo fastidire, atque omnia potius, quàm id, quo de agimus, approbare. Quibus quidem quoniam à me satisfieri omnibus nec posse uideo, neque necesse admodum esse intelligo; quò me instituti, atque officij mei ratio trahit, eò me dabo, scilicet, ut in hoc munere gerendo non ad aliorum opinionem, neque ad meam ambitionem, sed ad uestram utilitatem omnia referam; neque ab iis litteris, quas me hoc loco, atque in hoc ornatissimo iuuentutis consessu profiteri senatus uoluit, uel tuendis, uel ornandis ulla ratione discedam. id quod cum faciam, iure quodam meo me facere arbitrabor. Etenim, si cuique artifici, excitandæ opinionis caussa, præclara quædam licet de suo artificio profiteri: quanto id nobis concedi iustius est, à quibus etiam ars ipsa expectationis commouendæ, & quasi audientiæ faciendæ petenda est? Quamobrem cũ hoc studium in tres potissimum partes, ueterum omnium consensione, distributum sit, quorum una oratorum, altera poetarum, tertia historicorũ explicationem continet; cumq. duæ superiores à me hoc quinquennio tractatæ satis, ac perpurgatæ uideantur: tertiam hoc anno, quam nondum attigi, ad eas adiungendam, eiusq. studij præstantiam, ut uestras aliqua cupiditate mentes incenderem, ostendendam putaui. Magnum profecto illud est, quod profiteor, Auditores, ac nescio an dicam maximum, tantæ artis, quanta est ueterum temporũ, antiquitatisq. cognitio, magnitudinẽ uerbis consequi, atque oratione complecti. quæ ne animo quidem satis, ac mente comprehendi uniuersa uidetur posse. Hæc enim cum suis per se instrumentis,

ac

ac ſua ſupellectili inſtructiſſima, atque ampliſſima eſt, tum uero reliquis diſciplinis omnibus tanta adiumenta, atque ornamenta ſuppeditat, ut, qui huius notitiæ ſit expers, is plane nihil ſcire, nihil ex iis, quæ aut ad uitæ uſum, aut ad humanitatis cultum attinent, intelligere uideatur. Itaque Aegyptius ille ſacerdos apud Platonem Græcos carpit, eosq., quòd nulla uetuſtatis cognitione, nulla antiquorum temporum notitia, nulla denique quaſi ſenili, & cana ſcientia eorum animi eſſent imbuti, ſemper pueros appellat. recte, & ſapienter. Vt enim pueros uidemus, ob iudicii, ac mentis imbecillitatem, hominem ab homine, rem à re diſtinguere non poſſe: ſic ille eos, qui nullam geſtarum rerum, nullam præteritorum ſæculorum animo cõprehenſam notionem tenerent, iure uiros negabat eſſe, quos præſtare pueris intelligentia deceret. Quòd ſi commodi putantur in ciuitate grammatici, quòd eorum aſſidua cura antiquarum nobis linguarum ratio patefiat: ſi fructuoſi poetæ, quòd liberali quadam cum animi uoluptate pulcherrimis ipſorũ uerſibus præcepta communis uitæ utiliſſima noſtris quaſi auribus inſtillentur: ſi oratores in ore ſunt omnium, quòd eorum ingenio multæ reip. partes conſtituantur: ſi publici conſilii auctores ſuſpiciuntur, quòd eorum incredibili ſapientia uniuerſa reſp. fulciatur: ſi denique philoſophi diuinis prope laudibus efferuntur, quòd ſanctiſſimis illorum præceptis uita noſtra ad omnem felicitatem tum priuatim, tum publice conformetur: quantum antiquitatis notitiæ tribuendũ putemus, à qua grammatici, poetæ, oratores, ſenatores, ipſi denique

philoſophi pariter adiuuantur? Non uereor, Audi tores, ne cupidius, quàm uerius, dixiſſe uobis uidear, cum ex uetuſtate cognoſcenda tantos nobis ſuppetere fructus expoſui. ſed, ſi recte, ac diligenter omnia, quæ in hac re ſunt attendenda, conſiderabi tis, non dubito, quin ſententiæ meæ ueſtra facile uoluntas acquieſcat. Etenim, ſi omnem noſtram ſcientiam, tum demum uere ſciẽtiam eſſe dicimus, cum cauſſas in uniuerſum, cur aliquid ita ſit, uidemur poſſe reddere; uniuerſa autem omnia non niſi ſingulis rebus ante perceptis, ac diuturno ſtudio collectis continentur: quis ſcientiam hanc, ſine ue terum notatione temporum, ac ſine priſcorum obſeruatione hominum, aut ſibi, aut aliis uidebitur eſſe adeptus? Niſi uero artem unã unius hominis uel ætate, uel quãlibet accurata induſtria perfici, exple riq. poſſe exiſtimamus: cum ea rerum omnium natura ſit, ut à paruis ortæ principiis, paulatim perpetuis hominũ ſtudiis, & ingeniis auctæ, ad ſuam quaſi maturitatem denique perueniant. Quamobrem quis non merito artẽ illam omnibus artibus anteponet, cuius adiumento excitatæ reliquæ floruerunt? Age enim, quid grãmatica profitetur? nimirũ ut uerborũ uim, ſignificationem, uſumq. doceat; ut, quid à tranſlato proprium differat, oſtendat. Atqui, cum maximam partem earum uocum antiqua morũ, atque inſtitutorum conſuetudine contineri conſtet, utpote, cum ſingulæ fere aut in ſenatu, aut in comitiis, aut in foro, aut in caſtris natæ ſint: qui poterit grammaticus rectum earum uſum conſequi, niſi hiſtoricus fontem ipſum, unde illæ fluxerint, indicauerit, atque inſtituti originem, ac moris initium

pate-

patefecerit? Habet enim unaquæque ratio propria uocabula, ut auguralis, ut imperatoria, ut forensis, ut senatoria. quæ neque præter eos ipsos, qui illas tractabant, quisquam olim tenebat, &, si quis nosse uellet, ad eosdem adire cogebatur. Quin etiam, ut quotidie in ciuitate iura, leges, magistra tusq. nouos constitui cernimus: sic nomina etiam multa nouari, quibus rerum illarum uis exprimatur, existimare debemus. ad quæ imponenda ut nõ uerborum explanatores, sed ipsi ciuitatis principes adhibentur: sic earum explicatio non à uocum, sed à rerum gestarum interpretibus requirenda. Cuius rei maximum illud habemus argumentum, quòd, quàm diu priscarum linguarũ ratio à grammaticis duntaxat petebatur, tam diu à nobis ignorata, ubi ueterum annalium lumen accessit, tum illustrari cœpta, tum nobis omnia patuerunt. Quid dicam de arte ipsa poetarum? non ne tota fictis fabulis ueritatem historiæ tamen imitatur? Nam primum quidem pars ea, quam qui tractant, epici nominantur, nihil aliud esse, quàm quidam historiæ contextus, uidetur. proponit enim pariter & historicus, & poeta, pariter narrat, mores, ac perturbationes hominũ exprimit, prœlia, cladesq. ante oculos ponit. adeo ut multi, fallaci quadam ratione decepti, summorum imperatorum bellica facta uersibus heroicis persecuti, poetarum se nomine dignos existimarint. Mitto argumenta, quæ ab illustri actione aliqua, id est ab historia sumpta esse, negari uix, aut ne uix quidem potest. Quid? egressiones suas iidẽ illi explere, aut ornare qui possent, nisi ex ipsa uetustate uel eas actiones deriuassent, uel earum certe

te ſimillimas confinxiſſent? Quanquam quid dico egreſſiones? fabulam ipſam ſuam tragici poetæ unde, niſi ex uarijs excellentium uirorum caſibus, quos hiſtoriæ narrant, conſtituere didicerunt? Habet enim hoc propoſitum, hoc in primis poeta ſpectat, ut delectatione animos hominum afficiat. ad delectandum autem quæ ualent maxime? nimirum temporum mutationes, fortunæ uiciſſitudines, inconſtantes rerum euentus. Quòd ſi, quæ finguntur, inſperatum in comœdia gaudium, nec opinata in tragœdia triſtitia uehementer animos hominum retinent: qua uoluptate perfundimur, cũ ancipites ueræ cõtentionis exitus legendo cognoſcimus, &, quos ſæpe ſpoliantes, atque exultantes uidimus, eoſdem repente omnibus uno prœlio fortunis euerſos intuemur? Iam, oratoria laus quàm non facile ſine rerum, antiquitatisq. cognitione conſiſtat, declarant priſci illi artifices dicendi, ac doctores eximij, qui bonum oratorem eſſe negant poſſe, qui non eius modo ciuitatis, in qua uerſetur, ſed uniuerſæ antiquitatis inſtituta cognouerit. Cuius præcepti ratio difficilis ad explicandum ualde non eſt. Nam cum oratorum ſit, ut id, quod fieri cupiunt, ex eo, quod aliquando factum eſt, confirment, exempla colligere, credo, quòd imperitæ multitudini, cuius illi potiſſimum auribus, & iudicio ſeruiunt, nihil exemplis, quæ facillime intelligantur, poſſit eſſe iucundius: hoc certe non aſſequentur, niſi ſuperiora tempora, unde ubertas illa uel ad oblectandum, uel ad probandum hauritur, perfecte calluerint. An uero, qui alterum in iudicio publico defendere uoluerit, attingere cauſ-

ſam

ſam illam poterit, niſi antiquiora iudicia, uel ſimilia, ut utatur, uel contraria, ut aliquid declinet, egregie nouerit; niſi grauiora etiam, ſi ita res poſtulauerit, euenta propoſuerit; niſi priuatam cauſſam cum publica, proprium periculum cum communi coniunxerit? aut ad laudādum accedet quiſquam, qui populi eius, quem ornandum ſuſceperit, res domi, foriſq. geſtas, unde ſumma laudationis elicietur, ignorabit? aut qui non multo ante exterarum gentium maxime illuſtres actiones, unde ſæpe, quæ in laude plurimum dominatur, cō paratio ſumitur, mente, atque animo perluſtrauerit? Niſi forte Athenienſium ciuitatē ſe ornare aliquis poſſe exiſtimat, qui res cum Dareo, & Xerſe acerrime geſtas, qui Marathonem, & Salamina, clariſſima inſignis eorum uictoriæ monumenta, qui Miltiadem, & Themiſtoclem, fortiſſimos, ac ſapiētiſſimos illorum imperatores, contempſerit. Quòd ſi quiſquam hoc, nulla tinctus antiquitate, fortaſſe præſtabit: at conſilium certe de futuris rebus, quæ ex præteritarum ſimilitudine gubernantur, dare nullum poterit. immo uero & ſuam, & alienam remp. notam habeat; bella, paces, fœdera, leges, mores, iura teneat, atque omnes rerum ſuperiorum euentus, unde futurarum imaginem colligat, neceſſe eſt. Verum hos tandem in ciuitate grammaticos contemnamus: irrideamus poetas: pro nihilo habeamus oratores, ut cum eorum artibus etiam ſtudium omne antiquitatis inane prorſus eſſe concludamus: num ita iniuſti, ita dementes erimus, ut moralem ipſam, ciuilemq. ſcientiam minimæ frugis, exiguæ laudis eſſe cōtendamus? At-

qui

qui nihil est aliud historia, nisi uirtutum, uitiorumq., quod argumentum moralis scientia complectitur, diligens, & perspicua demonstratio. An uero fortitudo grauius laudari, temperantia celebrari, iustitia extolli, atque his contraria deprimi uehementius à philosopho, quàm ab historico, possunt? aut quisquam, cum ad fortitudinem, moderationem, iustitiam hortabitur, Socratica potius ratione, quàm clarissimis Deciorum, Fabii, & Camilli documentis utetur? non existimo. Etenim philosophi, quid agere homines debeant, historici, quid præclare egerint, docent. itaque, nisi nobilia philosophorum præcepta egregia historicorum oratio comprobaret, inanes illæ chartæ, ridiculæ sententiæ, commenticia, futilisq. doctrina uideretur. Intelligunt enim homines, aliud esse, agere de uirtute, aliud, agere cum uirtute: illud prope cuiusuis hominis esse, hoc non nisi natura, & habitu prope diuino ad uirtutis exercitationem exculti. Fidem illi, & religionem sanctissime seruandam, proq. iis dolores, & cruciatus omnes corporis perpetiendos esse præcipiunt: quotusquisque nostrũ est, qui, hac præsertim imbecillitate naturæ, illis assentiretur, nisi, quendam fuisse quondam hominem, incredibili animi robore præditum, accepisset, qui se ab hostibus per exquisita supplicia excruciatum necari, quàm datam fidem frangere, maluisset? Abstinentiam illi in extrema etiam paupertate colendam esse magnopere prædicant: & hanc, credo, orationem nos his moribus probaremus, nisi homines olim extitisse in summis etiam rei familiaris angustiis constitutos audiissemus, qui non

magnifica

magnifica ſolum clientium ſuorum munera, quæ dabantur, ſed regnorum etiam partem conſtanti animo reſpuiſſent. Non perſequar hoc loco ſingula, quæ in hoc genere colligi poſſunt innumerabilia: hoc tantum dicam, magnas à nobis gratias rerum geſtarum ſcriptoribus eſſe habendas, qui ſuo ſtudio effecerunt, ut, rebus præteritis cognoſcendis, facilius, quid nobis in uita expetendum, quid declinandum eſſet, expediremus. Prudentes multos fuiſſe homines legimus, & admirabili prope quadam in agendis rebus ſapientia præditos, quam non natura, ſed uſu rerum multarum non ſine magnis uitæ periculis ſibi, ut de Vlyſſe traditum eſt, compararunt. at nobis hiſtorici hoc afferunt commodi, ut aduerſis aliorum caſibus edocti, ab omnibus, quibus illi perculſi ſunt, tuti fortunæ telis, cautius, ac ſapientius actiones noſtras dirigamus. Matura ſeniorum cõſilia iuuenes admirantur: cur? nempe, quia eos longa ætas, ac diuturna uita cautiores, & prudentiores effecit. at eo pluris æſtimanda hiſtoria eſt, quo plura in omni genere exempla diuturnitas temporis, quàm exigua unius hominis ætas colligit. Præclara philoſophorum decreta ſtupenti prope animo imperita multitudo perſequitur: quamobrem? quòd illorum præcepta ad exercendam uirtutem noſtros animos erudiunt. quanto hoc excellentius hiſtorici præſtant, quorum in libris non animi ſolum, ſed corporis etiam expreſſas actiones intuemur? Quòd ſi hiſtoriarum lectio uirum bonum informare poteſt, ergo non eadem poterit præclarum etiam ciuem, ac ſenatorem inſtruere? Etenim quis eſt, qui ſuam egregie capeſ-

sere remp. possit, cum genus ipsius reip. cum caussas salutis, atque interitus eius ignoret? aut quis est, qui optime ciuitati suæ possit consulere, si neque maiorum leges, neque mores, aut instituta percalleat? quis denique utilem, ac salutarem de pace, aut bello sententiam dixerit, nisi suæ ciuitatis opes, nisi uectigalia, nisi pedestrem, naualemq. apparatum, nisi bellicas sociorum, atque hostium facultates ante cognouerit? Quid porro aliud continent scripti à philosophis de rep. libri, nisi, multa esse rerum publicarum genera, eaq. inter se facile commisceri; causssas esse quasdam, quibus illæ conseruentur, hæ peruertantur; consilia uero alia ad libertatis, alia ad tyrannidis diuturnitatem accommodata? Quæ si ita sunt, ea certe non ex arcana magis ista philosophorum scientia, quàm ex aperta diuersarum obseruatione rerum publicarum, unde fere illa etiam admirabilia philosophorum præcepta sumpta sunt, eruere poterit, qui uetera annalium monumenta animo perlustrauerit. Age uero, senator, nisi cognitis maiorum suorum rebus, nisi notatis superiorum bellorum euentibus, consilium patriæ fructuosum afferre nullum potest: num imperator, antiquitatis ignarus, remp. recte administrare in militia potest? multo minus. An uero melius instrui posse libris, qui militarem scientiam titulo polliceantur, quàm historiis, belli gerendi ducem existimamus? ne hoc quidem. Quid est enim, quod ad faciendas insidias, aut euitandas pertineat, quid, quod ad exploranda hostium consilia, quod ad ducendum exercitum, ad ordinandam aciem, ad compescendam seditionem, ad dissoluen-

dum

dum metum, ad omnem denique rei bellicæ rationem, cuius non plurima, eaq. nobiliſſima ueteres annalium ſcriptores nobis exempla reliquerint? Quæritis terreſtres oppugnationes, aut nauales? quæritis pedeſtres acies, aut equeſtres? imperatorum fortitudinem, aut militum? incredibilem exercitus in rebus aduerſis conſtantiam, in proſperis moderationem? harum illi rerum omnium partim ad cauendum, partim ad imitandum inſignia documenta ſuppeditant. Quamobrem, qui philoſophiæ præſtantiam admirantur, ſapienter illi mehercule faciunt. eſt enim ratio, & ſcientia una, quæ uiam felicitatis oſtendit, quæ cauſſas rerum aperit, quæ uirtutis pulchritudinem, uitij deformitatem patefacit. Quid autem aliud agit hiſtoria? profecto nihil, niſi, quòd illa uniuerſa perſequitur, hæc ſingularia. quam uiam ipſi etiam philoſophi multo intelligentiæ noſtræ planiorem, aptioremq. eſſe conſentiunt; ut à ſingulis potius ad uniuerſa aſcendamus, quàm, quod illi factitarunt, ab uniuerſis ad ſingula delabamur. Eſt ergo, ut propoſui, antiquitatis cognitio utiliſſima, quippe quæ philoſophos aliquando inſtruat, minores omnes artes adornet, iuuenes prudentia cum ſenioribus æquet, ſeniores eorum, quos experti ſunt, caſuum comprobatione confirmet, ſenatorem ad remp. imperatorem ad rem bellicam complectendam impellat, &, quod caput eſt, omnes homines ad uirtutem colendam incredibili quodam gloriæ ſtudio, atque eximio immortalitatis amore accendat. ſiquidem hiſtoria ut turpiter factorum index eſt, ſic earum rerũ, quæ cum uirtute actæ ſint, teſtis eadem ſempiterna. Ita-

que quàm multos fuisse putatis, qui, illustri hoc literarum, atque ingeniorum præconio concitati, ciuitates constituerint, leges scripserint, nouas artes excogitarint, morti denique fortissimo animo sese obiecerint? Nisi forte ea, quæ de inferis ab ãtiquis poetis fabulose tradita sunt, multum ad iustitiam, & pietatẽ putatis ualuisse: historiam ipsam, ueritatis lucem, ac prope totius philosophiæ parentẽ, ad uirtutem amplectendam, famamq. nominis nostri propagandam momentum nullum allaturam existimatis: cum Herculem, ceterosq., quorum uirtus, & labor hominum generi beneficia peperit eximia, nihil aliud, quàm æterna annalium monumẽta ab interitu uindicasse perspicuum sit. Etenim cetera omnia uel ui extingui, uel uetustate cõsumi possunt: historia una per uniuersum terrarũ orbem dissipata, perpetuam sui custodem æternitatem est cõsecuta. Quamobrem, si fragilem statuam, fabrili manu factam, quæ corporis effigiem repræsentet, sibi quisque poni cupit: quãto magis actiones insignes excellentis scriptoris ingenio commendari debemus optare, quæ uix ulla posterorum hominum obliuio obscurare, ulla uenientium sæculorum delere diuturnitas possit? Hoc igitur tantum, ac tam præclarum studium hoc anno cum dicendi studio coniungemus; rati scilicet, multo uehementius nos, si historiam, quàm si poema aliquod explicaremus, reip. profuturos. At quam historiam, & quarum gentium? dicet aliquis. quam, nisi Romanam, ac Romanorum? Etenim, si utilitatem quærimus, hæc resp. ut ceteris armorum gloria, atque imperij amplitudine, quibus uniuersum fere terrarum orbem

com-

complexa est, deuicit, sic ijsdem omni genere exemplorum, quæ quisque secutus, egregie cum sibi, tum reip. consulat, antecelluit. Cuius si prima præcipue tempora spectes, eam prope non ab hominibus, sed ab heroibus quibusdam esse administratam existimes. tantum iustitiæ, ac moderationis amorem, tantum paupertatis, ac parsimoniæ cultum, tantum luxuriæ, & auaritiæ odium, tantũ diuitiarum, atque opulentiæ contemptum possis animaduertere. Itaque, si exempla uirtutis quærimus, undenam uberiora capi possunt aut fortitudinis ad mortem pro rep. oppetendam, aut prudentiæ ad perniciem præcauendam, aut industriæ ad propulsandam? si lectionis dignitatem, quod imperium, aut quam libertatem, aut quam aliam populi, uel regis amplitudinem cum populi R. imperio, libertate, maiestate ue conferemus? profer Assyriorum, profer Persarum, profer Græcorum imperium. ficta illa nimirum, & commenticia quædam, ingenio eorum, qui illa memoriæ commendarunt, quàm re ipsa, ornatiora uidebuntur. Sin autem quandam in legendo uoluptatem sequimur: quid esse iucundius potest, quàm, tantam rem, à tã paruis initijs profectam, intelligere, tot reip. conuersiones, tot bella, tot clades, toties afflictam domi, forisq. remp. unam terrarum omnium dominam, toties recreatam, cogitatione, atque animo comprehendere? Quòd si non hic tantus fructus, aut dignitas, aut delectatio petitur; &, si ex huius historiæ studio solam pietatis laudem expetimus; quam aliam huic lectionem debemus anteferre? hic enim populus nos quondam ex barbaris Italicos,

cos, ex hostibus socios, ex peregrinis ciues suos fecit: hic nobis habitum, hic linguam, hic uocis sonum impertiuit: hic leges, mores, iura sua concessit: hic libertatis, atque imperij partem dedit: hic industriam, hic fortitudinem, hic ceteras, quibus ipse quasi quibusdam gloriæ gradibus in cælum ascendit, uirtutes communicauit. Excitanda est igitur uetusta quasi parentis nostri memoria, ac gratis animis antiqua illius tempora recolenda. à quibus quo longius absumus, eo uehementius ab illa uetere Italicæ uirtutis indole abhorremus. excitanda est, inquam, tum omnibus Italis, tum huic potissimum ciuitati, cui imperium, cui libertatē, cui pacis custodiam, cui præsidium Italiæ, id est amplissimum laudis, ac gloriæ suæ patrimonium, moriens uni reliquisse populus R. uidetur. Itaque, si eadem Italia trepidis in rebus à patribus uestris, adolescentes, tanquam à legitimis tutoribus opem implorat, si horum potentiam, ac quasi numen intuetur, ac spectat, seq. unis ipsorum auspicijs dignitatem suā uel retenturam, uel recuperaturam esse confidit: æquum est, ut, dum illi maioribus distinentur curis, uos, uetera tempora, atque antiqua illius ornamenta animo repetentes, ad similes actiones uestrā industriam, uestra maxime studia conferatis. Etenim nolite existimare, mæstissimis uel priscæ Italiæ, uel antiquæ urbis Romanæ manibus minus gratum futurum, antiquam suam gloriam orationis uestræ magnificentia celebrari, quàm eandem patrum uestrorum sapientia, consilioq. renouari. satis earum nomen in tenebris, atque in hominum ignoratione latuit: nunc in lucem, atque in omnium cō-

spectum

ſpectum eſt proferendum. per quos autem? an per barbaros, à quibus oppreſſum eſt? an per alienos, quos hæc cura minime tangit? à quibus igitur? à ſuis, ſuis, inquam, uel cognatis, ſi Troianam originem ſpectes; uel nepotibus, ſi Romanam; defen ſoribus quidem certe perpetuis, & acerrimis, ſi Venetæ reip. propriam in protegenda Italica libertate caritatem, & fidem animaduertas. Quamobrem uos mecum ſimul in hoc præclaro communis induſtriæ curriculo ita Romanam hiſtoriam, ac priſca illa tempora retractabitis; itaq. leges, & iura populi bello, paceq. præſtantiſſimi, me auctore, celebrabitis; ut quam antea curam de dicendi facultate ſatis grauem ſuſcepiſtis, eam uobis nequaquam eſſe deponẽdam exiſtimetis. id enim & huius reip. dignitas, ad quam referre decet omnes curas, & ueſtra quoque gloria, ac utilitas poſtulat.

CAROLI SIGONII
DE LAVDIBVS STVDIORVM HVMANITATIS
ORATIO SEPTIMA.

QVOD PRECATVS sum à Deo opt. max. Auditores, illo tempore, quo me primum ad hæc litterarum honestissima studia contuli, ut, si nullam unquam neque corporis, neque animi contentionem deuitassem, unde aliquid ad communem hominum fructum afferre possem, hæc eadem mihi aliquando in nobilissimo aliquo auditorum consessu auctoritate publica profiteri liceret; id ipsum iampridem, singulari Dei beneficio, amplissimo senatus Veneti munere, incredibili denique uestro, ac prope diuino studio sum cumulatissime consecutus. annum enim iam octauum ingredior, quo mihi publico est decreto permissum, non solum ut in Veneta ciuitate, id est in ipso prope imperij, ac gloriæ Italicæ domicilio doceam, quod ipsum per se magnificum, atque amplum existimatur; sed ita etiam est permissum, ut multo plus amplitudinis, atque ornamẽtorum egregia huius delatio muneris secum attulerit, quàm res ipsa utilitatis, & cõmodorum. cum in me uno, multis posthabitis, eligendo uestram quasi prærogatiuam facile senatus suffragia consecuta sint, atque illius studia præclara quodam modo cum uestra singulari uoluntate contenderint. Ex quo deinde mirificum hunc cepi uoluptatis fructum, quòd inauditam istã

ueſtrorum animorum in me depoſcendo alacritatem admirabili mei per annos ſeptem audiendi cõſtantia comprobaſtis. quam eandem ſi uos in poſterum adhibebitis; nullo pacto uereri debeo, quin facile grauiſſimo eorum hominum iudicio ſatisfaciam, qui me aut antea teſtimonio, aut poſtea ſuffragio ſuo honeſtiſſimo decorarunt. id quod uos ſine dubio facturos, & frequens hic hodiernus in hunc locum ueſter concurſus, & ea, quam uultibus præfertis, humanitas, & hæc inuſitata ad audiendũ attentio facile pollicentur. Quæ cum ſperarem, atque omnino eiuſmodi multo ante mea cogitatione finxiſſem; eo animo ad hoc munus hodierno die reuerti, quo me in hanc ciuitatem iam inde ab initio contuli, ut in eo gerendo uel minimas ueſtras rationes meis etiam grauiſſimis perpetuo anteferrem, atque omnem meam curam, ac diligentiam ad ueſtram potiſſimum uoluntatem, & utilitatem accommodarem. Neque uero optatius quidquam mihi contingere poterit, quàm aut ueſtro uniuerſo ordini, cui ab ineunte ætate mearum omnium genus uigiliarum dedicaui, ſi qua in parte potuero, induſtriam meam probaſſe, aut iis, qui ſingularibus ſuis in me ſtudiis in hanc me ſedem ſuis quaſi manibus impoſuerunt, gratiam aliquam rettuliſſe. Quanquam me, ſi uere dicam, de tota huius muneris, atque officii mei ratione diligentius cogitantem, multa incidunt, quæ in medio prope curſu impediunt, atque perturbant. Verſatur autem ante oculos, ac prope in mente infixa hæret, litterarum, quas ego profitendas ſuſcepi, magnitudo, ac uarietas, & clariſſimæ huius ciuitatis amplitudo, atque

que celebritas: quibus in maxima ingenii mei imbecillitate respondere pro dignitate posse, sperare imprudentis, optare uix hominis eius esse existimo, qui grauia sapientum hominum iudicia pertimescat. Nam, ut studiorum dignitatem audacius fortasse, quàm sapientius, quotidianis laboribus, atque assiduis uigiliis meis tueri posse mihi persuadeã; qui tamen tantæ ciuitatis grauitatẽ sustinebo, aut uestræ demũ, Auditores, expectationi, uestrisq. de me iudiciis respondebo, quos ex uniuersa ciuitate, atque ex cuncta nobilitate adolescentes lectissimos, atque excellentissimis ingeniis præditos in hunc locum litterarum caussa conuenire intelligo? Etenim quanquam ceteris, qui, hunc locum adeundo, & uestram concionem frequentando, gloriam aucupantur, magnæ, ac difficiles omnibus ad decus, & ad gloriam salebræ opponuntur: tamen sic existimare debetis, nullis aliis, quàm nobis, aut ad laudem angustiorem, aut ad famam impeditiorem uiam esse propositam. Huius autem difficultatis multæ caussæ, sed una illa mihi præ ceteris, diutius in hanc quæstionem intuenti, afferri uidetur posse, harum, ut dixi, magnitudo, atque uarietas litterarum. Nolite enim existimare, quod quidam liberius iampridem in uulgus iactare soliti sunt, inane quiddam hoc studium esse, ac nugatorium, uerborum plenum, sapientia uacuum, puerilibus rudimentis, non uirili scientiæ accommodatum; sed tanta grauitate, ac magnificentia præditum, tanta rerum, atque artium pulcherrimarum cognitione instructum, ut, qui hoc negligat, is non disciplinã aliquam despicere, uerum uniuersum humanitatis

genus contemnere uideatur. id quod ego eo liben tius uos, pro officii mei ratione, ac mea perpetua erga uos caritate, admoneo, quòd hæc ſtudia non ab imperita ſolum multitudine improbari, ſed iam ab eruditis hominibus etiam multis oppugnari ani maduerto. Mouet autem, ac prope ſtupidum uulgum detinet, non elegantia diſciplinæ, nec ipſius ſcientiæ ſplendor, ſed priuati commodi ratio, & plauſus quidã illis ab hominibus impertitus, quos in aliarum potius artium ſtudio occupatos attẽdit. itaque duo potiſſimum artium genera uulgares, & imperiti homines hoc tempore admirantur, duo co lunt, ac ſtudio perſequuntur, litigandi prudentiã, ac medendi: quòd in his non tam cognitionis dignitatem, quàm uſum rerum quotidianum, nec tã ſcientiæ nobilitatem, quàm artis neceſſitatem, nec tam decoris, atque honeſtatis, quàm opum, & diuitiarum adiumenta multa poſita eſſe perſpiciant: philoſophiam uero, optimam omnium diſciplinarum parentem, niſi quatenus ad eas artes dux eſſe certior creditur, omnino ne attingendam quidem exiſtimant. At eruditorum longe alia ratio eſt. hi enim cum ſanctiſſimum, ac præſtantiſſimum unum ſapientiæ ſtudium probent; hoc unum amplexantur, ac fouent: quorum ingenium, atque induſtria paululum ab eo declinarit, atque à recte ſentiendi prudentia ad bene dicendi rationem ſe cõuerterit, eos, ut leuiſſimæ cuiuſdam diſciplinæ magiſtros, nullo pacto audire poſſunt. in quo quàm uehemen ter errent, quis eſt adeo rudis, qui non perſpiciat? metiuntur enim noſtra tempora ex antiquis: cum tamen, eorum quàm conuerſa ratio ſit, facile intel-

ligi

ligi possit. Antea unum erat omnium sapientiæ studium, ex cuius quasi latissimo sinu reliquæ artes quodam modo effundi, atque omnibus distribui putabantur: ut, quanquam alij alias philosophiæ partes studiosius colerent, unum tamen esset omnium commune consilium, ut sapientiæ operam darent. Neque enim, cum alij se naturæ rebus inuestigandis traderent; alij mores, & uitam hominum instituerent; alij regendarum ciuitatum prudentiã demonstrarent; non eodem tamen omnes sua instituta, atque consilia referebant. artes uero philosophiæ ministras, ut differendi, & dicendi facultatẽ, ijdem ita non contemnebant, ut cum, earum adiumento remoto, ne philosophiam quidem ipsam cõmode tractari, aut cognosci posse attenderent, qui de philosophia præciperent, ijdem etiam dialecticam, & rhetoricam præceptis, ac institutis ornarent. quo fiebat, ut nec alij tum essent intelligendi artifices, quàm dicendi, nec alia rerum scientia, quàm uerborum. recte. tantam enim cordis, & linguæ societatem, ac cognationem esse arbitrabantur, ut nihil esse in lingua posse, quod non ante insedisset in corde, nec omnino orationem ullam esse, nisi res essent, nec res apparere, nisi oratione indicarentur, existimarent. Nunc autem eam artium dissensionem hi mores hominum intulerunt, ut alij se in rerum, atque artium pulcherrimarum cognitione uersari, alij in uerborum singulorum ui concipienda, quasi deteriore quodam in opere, detineri uelint. Neque illud intelligunt, quod maxime fuit intelligendum, tum, cum unus erat fere omnium sermo, nihil fuisse, cur magnopere aut lu-

men

men interpretum quærerent, aut magistrorum explanationem desiderarent; sed unum tantum omnes propositum habuisse, ut subtilius rerum causas exquirerent, quæq. inuenissent, ea litteris, & posteritati mandarent; de splendore uero, ac copia orationis, cum omnes, quam quisque à natura adeptus esset, dicendi facultatem afferrent, minimum laborasse: hoc autem tempore, cum uetus eorum linguæ consuetudo interciderit, præclara ingenij monumenta seruata sint, unde omnis nobis sapientiæ, unde humanitatis, unde eloquentiæ ratio haurienda sit, necessario alios esse constitutos, qui obscurum antiquorum uerborum usum ostendant, alios, qui intima sapientiæ penetralia patefaciant. In qua partitione facienda homines non naturam rerum, sed temporis necessitatem secuti, nec rem libidine, sed ratione metiti sunt. Etenim quæ natura sua disiungi nix poterant, necessitate, & consilio separarunt, non ita tamen, ut aut philosophorum decreta uerbis non cognitis, aut oratorum uerba rebus non ante animo comprehensis, intelligi posse statuerint. Quin etiam res illa ad mentes hominum falsa opinione imbuendas accessit, quòd, quantum eorum arti sit commissum, quibus ueterũ linguarum explicatio commendata sit, non intellexerunt. illi enim simplex quoddam, & rude munus eorum putarunt, in uerborum scilicet priscorum significatione, & usu docendo tantummodo occupatum: cum, si uerum quærimus, non id solũ, quod antea grammaticorum, sed illud quoque, quod fuerat philosophorum, ut poetas, ut oratores, ut historicos informarent, ut eorum artificium admirabile

ape-

aperirent, ut ornate, & copioſe dicendi rationem demonſtrarent, linguarum interpretibus traditam eſſe poſſimus animaduertere. Quibus in rebus, cũ, quantum momenti ad ingenij, & induſtriæ laudem poſitum ſit, plerique hominum aut uidere nolint, aut certe non poſſint; factum eſt, ut ſe in philoſophiæ, quàm aut in poetarum, aut oratorum, aut hiſtoricorũ ſtudio uigilare uideri malint. quaſi uero illud præſtantioris cuiuſdam naturæ, aut acrioris ingenij opus ſit, hoc illius hominis, cuius animus altius ad gloriam multis naturæ difficultatibus impeditus euolare non poſſit. In quo quanto errore ducantur, ſatis apparere poteſt ijs, qui uel poetarum, uel oratorum, uel hiſtoricorum ortus, atque ornamenta conſiderauerint. Etenim quis eſt adeo rerum ignarus, quis adeo à litteris alienus, qui fando aliquando non audierit, multo etiã ante, quàm homines in terris diſperſi mœnibus ſe, ac uallo ſepirent, atque ex agris, locisq. ſilueſtribus ſe in unum locum incolendi cauſſa referrent, hominum genus quoddam in terris extitiſſe, qui uoce blanda, & fidibus canoris homines ad uitã inter ſe conſociandam, & certo quodam iure, certisq. legibus deuinciendam incitauerint, eoſdemq. ad uirtutẽ, ad decus, & honeſtatem amplectendam impulerint? aut quis eſt, qui neſciat, deſcriptis iam ciuitatibus, poſitis legibus, iudicijs conſtitutis, cum ſæpe de iuſto, & æquo cõtrouerſia incideret, ac lex cum æquitate, ius cum iuſtitia ſæpe contenderet, genus alterum hominum eſſe exortum, qui iuris ciuilis non ignari, faciendæ orationis, ac tractandorum animorũ non imperiti, quos illi oratores, quia ma-

maxime oratione, quod uolebant, assequebantur, nominabant, hominum secum dissentientium animos, quocunque uellent, adducerent? postremo uero, cum & inter ciues discordiæ, & inter finitimos populos bella sæpe pro iure suo retinendo excitarentur; & antiquarum rerum memoria plurimũ posteris uel utilitatis ad prudẽtiam, uel uoluptatis ad cognitionem afferret: quis est, quem fugiat, tertium genus hominum eluxisse, qui ciuitatum origines, ac instituta, qui intestinos motus, ac bellorum incendia, qui consilia, causas, atque euentus omnium ciuilium actionum sibi ad posteritatis memoriam litteris consignanda, atque ab obliuione hominum uindicanda putauerint? Quod si ita est; qui fieri tandem potest, ut aut poetam, aut oratorem, aut historicum philosopho ætate esse inferiorem dicamus? præsertim uero cũ, si, quod illi uoluerunt, oratione obtinuerunt, non omnino insipientes, si consilio, nõ indisertos prorsus fuisse uerisimile sit. Ergo, cum ab ijsdem prope incunabulis poetæ, oratoresq. profecti sint, quibus philosophi sunt educti: quid est, quamobrem de eorum dignitate, atque amplitudine dubitemus? nisi forte hos uanitatis, illos prudentiæ, hos temeritatis, illos sapientiæ auctores, & magistros esse censeamus. An uero, cum grauissima sua decreta philosophos crebris nobilium poetarum testimoniis confirmare, poetas grauissimam quanque quæstionem siue de iis rebus, quæ à natura proficiscuntur, siue de iis, quæ ab hominibus aguntur, attingere uideamus; de eorum sapientia ambigemus? aut, cum oratores adeo se in administranda ciuitate iactare sentiamus, ut

ea-

earum etiam se gubernatores esse profiteantur, aut cum eos iura, leges, instituta ciuitatum tenere, animorum motus, quòd in iis plurimum uis eloquentiæ dominetur, pro arbitratu tractare intelligamus; num quid grauius, quàm quæ de dicendi ratione traduntur, didicerint, in dubium adducemus? Nã historias quis tandẽ negare poterit simulacra quædam eius esse philosophiæ, quæ in actione cõsistit? ut, siue uirtutum ad imitandum, siue uitiorum ad declinandum exempla cupiamus, siue morem maiorum ad cognoscendum, siue res gestas ad prouidendum quæramus; non à philosopho aliquo facilius, quàm ab egregio scriptore historiarum aliquo petere nobis liceat. Ergo, quoniam, aut quid, aut quantum huic arti commissum sit, plerique hominum ignorant, facile adducuntur, ut grauissimum, ac nobilissimum disciplinæ genus, atque scientiæ negligant. Auxit deinde horum etiam studiorum apud imperitam multitudinem contemptum naturalis, atque insita quædam artium inter se æmulatio, ac solicita de principatu, & dignitate contentio; cum, qui in una re pares, aut superiores sunt, in omnibus se aut pari, aut meliori conditione esse, atque alij quidem se artis utilitate, alij dignitate, alii uoluptate præire oportere contendant: præterea alii omnia dicendi ornamenta, quasi inania eorum, qui audiant, oblectamenta, contemnant, alii ne sanctissima quidẽ philosophiæ præcepta impuro, ac sordido expressa sermone audire possint; &, si quid in altero criminis, ac uitii sit, id, ut fit, in maius augeant, si quid recti, ac uirtutis, id, quoquo modo possint, obscurent. itaque græcæ, ac la-

tinæ eloquentiæ ſtudium, quod primum à philoſophis excitatum, poſt ab eorum ſcholis, atque umbraculis in aciem, atque in ſolem proceſſerat,& cõcionem, ſenatum, ac forum diu maxima cum dignitate luſtrauerat, & omnem denique liberæ ciuitatis maieſtatem iampridem ſuſtinuerat, pulſum roſtris, eiectum curia, excluſum concione, à ſubſelliis amandatum, à philoſophis demum contemptum, ineptis interea, & rudibus quibuſdam litteratoribus commendatum, aliquandiu prope omnibus ludibrio, ac deſpectui fuit. Nunc uidete,quantũ hi mores ab antiqua illa diſciplina deſciuerint, atque una cum reliqua communis uitæ conſuetudine prope ire præcipites cœperint. Philoſophi quõdam, grauiſſimæ cuiuſque doctrinæ magiſtri, tantum his artibus tribuerunt, ut eas non præceptis ſolum, & commentariis locupletarint, ſed ipſi etiam cœtum habere iuuenum, quibus eas communicarent, philoſophiæ gloria non contenti, uoluerint: nos hæc leuiſſima ſtudia ducimus, & ab his, ſi diis placet, quaſi à turpitudine quadam refugimus. Illi incredibilem poetarum ſapientiam adeo admirati ſunt, ut eius auctorem non hominem aliquem, ſed Deum ipſum eſſe iudicarint: nos eam ita contemnimus, ut ne erudito quidem, aut certe graui homine dignam exiſtimemus. Illi oratores non niſi philoſophorum in ſcholis perfici, & eorum præceptis inſtrui ſtatuerunt: nos oratorem à philoſopho, uel antiquis philoſophis repugnantibus, ſeparamus. Illi denique has artes tanti fecerunt, ut eas omnis liberalis educationis, omnis ingenuæ diſciplinæ, poſtremo omnis humanitatis, unde etiam nomen

inue-

inuenerunt, fontem esse uberrimum duxerint: nos tenuissimas grammaticæ tantum rationis quisquilias, & uerborum inanem strepitum quendam continere iactamus. Sed cur ego sic ago? aut in re omnibus notissima contendo? non ut uos id doceam, Auditores, quod ipsi uel ingenii bonitate, uel recta educatione, uel iudicij grauitate mihi de harũ artium dignitate profecto assentimini; sed ut iure me perturbatiore animo ad anniuersariam hanc studiorum cõsuetudinem repetendã hodierno die accedere ostendam, qui, nullis prope ingenii, uel doctrinæ præsidiis fultus, uestræ potius utilitati, quã meæ laudi deditus, maximæ, ac prope infinitæ artis uobis tradendæ onus suscipiam. Nam profecto, si cogitare diligenter, si uere existimare uolueritis, inuenietis, qui aliis in artibus elaborant, si in uno genere mediocriter excellant, omnium prope laudibus cumulari; nos autem, nisi uniuersum prope liberalium doctrinarum orbem expleuerimus, uix posse tolerari. Age enim: medicum quærimus nobilem: satis esse, si editos de illa arte commentarios cognouerit, arbitramur. iureconsultum poscimus egregium: quid aliud in eo, quàm uniuersam iuris ciuilis notitiam, & assiduam iuris interpretum lectionem, desideramus? philosophi uero hoc tempore se iure hoc nomẽ usurpare existimant, si unius Aristotelis scripta peruolutarint, ac sollẽnes, & tritas quasdam distinctionum, & quæstionum formulas, easq. non admodum infinitas mente, ac memoria comprehenderint. id quod quanquam difficile est, tamen, quia in unum studium se mens eorum, & industria tota intendit, labore, ac studio compa-

rari uidetur aliquando posse. Contra uero, ex nostris est aliquis, qui græcæ, aut latinæ linguæ rationem tenet: illuditur. dicendi rationem cum poeticæ facultate coniunxit: ridetur. antiquitatem habet scientia, & memoria comprehẽsam: parum est. dialecticæ notitiam addidit: ne hoc quidem satis. omnes philosophiæ partes degustauit: aliquid etiã postulatur. se ipsum enim ita ad ueterum imitationem scribendo, & loquendo effinxerit, est necesse, ut ipse, si opus sit, contendere cum eorũ laude pulcherrima possit. Iam, quæ tanta ingenii facultas, quæ tam singularis industria, quod tam acre studiũ, quæ tam accurata esse diligentia potest, quæ nõ præstare, sed polliceri, non sperare, sed optare, non dico hæc omnia, sed minimam horum particulam, nõ dico possit, sed etiam audeat? Hanc ergo uel ingenii, uel doctrinæ uarietatem, atque præstantiam si quis à me requirit, fateor à me longe abesse; si in me esse debere contendit, dii immortales, quid me miserius, aut laboriosius, aut afflictius fingi potest? qui oneri, quod humeri sustinere mei non possint, imprudens subierim, neque iam per tot ante annos mearum uirium imbecillitatem expertus sim. Quòd si neque harum artium ea esset uarietas, neque horum studiorum ea difficultas; & ego uel ingenio essem acutiore, uel certe studio acriore; angerer tamen mirum in modum, ac cruciarer, cum de huius amplitudine ciuitatis mecum animo cogitarem, ac, quantum, & quàm resonans huius consessus theatrum quotidie mihi frequentandum esset, considerarem. Ecquem enim, quæso, sanum hominem non perterreat, quem prudentem prope

non

non obstupefaciat, cum illũ hæc cogitatio subeat? Venetiis hodie eloquentiæ præcepta traditurus sum, in quibus unis hoc tempore priscæ extant uestigia eloquẽtiæ. Venetis audientibus, de antiquarum sum artium præstantia locuturus; quorum ea doctrina est, ut ab iis ad exteras etiam gentes permanarit. Venetis iudicantibus, sum de imperiorum, & rerump. genere, si ita res tulerit, uerba facturus; quorum ea in constituenda, & gubernanda ciuitate sapientia est, ut merito ipsis solis hodierno die in terris iusti imperij, & non fucatæ libertatis gloria debeatur. Vere dicam, Auditores: ne nunc quidem, cum, in unum argumentum tota mente defixus, loquor, satis cõstitutum mecum habeo, maiore ne cum animi uoluptate, an molestia loquar. uoluptatem enim mihi certe affert frequens hic uester conspectus incredibilem, quòd in eo spẽ omnem summi honoris, atque eximiæ cuiusdam apud homines commendationis collocaui: at uestrorum animorum tacitæ cogitationes timorem injiciunt incredibilem. quorum grauissima iudicia nõ intimis etiam sensibus exhorrescere, hominis esse putarem longe à pudore, atque à modestia remotissimi. Quamobrem in tanta huius obeundi muneris cogitatione frangerer profecto, Auditores, ac plane conciderem, ni me uestra humanitas incredibilis, qua fretus tantum negotium iam diu fortunatius multo, quàm sapientius tueor, recrearet prorsus, atque reficeret. spero enim uos, quod & adhuc feciſtis, & facturos in posterum spondet uestra hæc attentio singularis, si meam uoluntatem, atque industriam omnem ad uestras utilitates referri cogno

ueritis,

ueritis, nihil à me amplius quidquam, quàm quod ingenij mei mediocritas ferre possit, desideraturos. Qua ego spe subleuatus, atque erectus nunc, tanquam uestrorum commodorum, uestræq. laudis auctor grauissimus, &, quod caput est, uestro sæpe iudicio iam, ac testimonio comprobatus, uel tuendi officij mei, uel referẽdæ uobis alicuius gratiæ caussa audebo uos breui, quanquam non necessaria cohortatione de harum litterarum aut retinendo, aut amplectendo studio admonere. Vnde autem initium sumam, Auditores, aut quid potissimum ex tãta rerum infinitate afferam, aut quid denique uobis nouum, aut inauditum proponam? Quis est enim tam auersus à musis, quis tam omnis expers humanitatis, quem fugiat, atque prætereat, omniũ artium, quæ maiorum industria inuentæ, & nobis proditæ sunt, nullã esse, si uoluptatem quærimus, ad oblectandum animum aptiorem, si usum, ad uitam hominum tuẽdam commodiorem, si decus, ad gloriam consequendam oportuniorem his litteris, quæ genere prope infinitæ, fructu uberrimæ, iucunditate suauissimæ, ratione honestissimæ sint? Qui remp. qui priuatam, qui domesticam, qui forensem, qui urbanam, qui rusticam tractare cupiunt, quo modo id assequi sine præceptorum, quæ his litteris continentur, lautissima supellectile unquam possint? Qui belli, qui pacis studium persequũtur, quemadmodum in alterutro egregie sine harum litterarum præsidio uersabuntur? Postremo non labor, non quies, non otium, non negotium, non adolescentia, non senectus, carere diutius harum litterarum fructu uberrimo, & copiosissimo possunt.

sunt. Quamobrem efficite, ut, quod hactenus cumulatissime præstitistis, quàm leues uulgi, à quo hæc contemnuntur, ineptias, quàm grauem patrũ uestrorum, à quibus hæc honorantur, auctoritatem ducatis, uel hoc maxime tempore declaretis, hoc, inquam, tempore, quo cum aliarum artium omnium, quæ quondam in pretio fuerunt, tum maxime priscæ, ac germanæ illius eloquentiæ nobilis quasi quædam officina hæc ciuitas facta est. Cui enim obscura sunt præclara Academiæ Venetæ instituta? cui inauditi admirabiles eius nobilissimi cœtus ad omnium litterarum laudem cœpti progressus? admiretur hercle, qui singularem audiat ueterum disciplinarum in eo gymnasio institutam descriptionem: uix credat, qui excellentem attẽdat in disputandis, & tractandis rerum obscurissimarum quæstionibus ordinem: prope obstupefiat, qui incredibile perspiciat totius illius præstantissimi conuentus ad omnẽ doctrinæ genus illustrãdum studium, atque ardorẽ. Quamobrem Lyceo quidem, & porticu, & hortis illis suis delectentur Athenæ, atque eadem, fama, & sermone hominum maiora, quàm re, in cælum laudibus efferant: tantam tamen doctrinarum, ac studiorum uarietatem, siue eas quærimus, quæ ad ueritatem indagandam, siue eas, quæ ad remp. capessendam, siue eas, quæ ad eloquentiam excolendam pertinent, quod nuper diuino prope consilio Venetiis est institutum, non complectentur, aut certe tantam in omnium antiquarũ laudum æmulatione gloriam, si bene cœpta processerint, non assequentur. Vos autem, Auditores, cum in omnia alia studia uehementer incumbite,

bite, tum in ea uehementissime, quæ uestris potissimum rationibus apta sunt: id est eloquentiam colite, quæ pacis, & togæ socia, imperij, & libertatis ministra, alienis iampridem pulsa ciuitatibus, externis eiecta regionibus, nobilissimum in hac urbe, in qua leges, & iura uigent, in qua priscæ libertatis & antiquæ optimæ reip. imago expressa est, domicilium collocauit. Quam libertatem utinam cũ maxima Veneti & nominis, & imperij propagatione in perpetuum uobis liceat retinere: ut, quod uniuersa & optat, & sperat Italia, uestra prudentia, & uestris opibus in pristinum dignitatis, ac libertatis statum aliquando uindicetur. Venetiis habita, M. D. LIX.

FINIS.

Errata aliquot ita corrigenda.

5	a	19	soliti consueuimus.	dele, soliti
5	b	30	multorum	mutorum
11	b	19	perdiderit.	perdidicerit.
11	b	23	imperiosorum,	imperitorum,
15	a	17	per eis	per eos
19	b	24	quam, ut dixi,	quanquam, ut dixi,
26	b	1	desperant?	desperarent?
28	b	6	suscipi.	suscipiendum esse.
33	a	19	desidia,	desidiæ,
36	b	11	salutis opera	salutis opem
46	b	7	uulgum	uulgus
48	a	2	traditam	traditum



Baptiste Mantuani Bucolica seu adolescentia: in decem æglogas diuisa. Ab Iodoco Badio Ascensio familiariter exposita: cum indice dictionum.

Carmen eiusdē de sancto Ioanne Baptista.
Dialogus eiusdem de uita beata.
Hermanni Buschij oda de contēnendo mūdo & amanda sola uirtute & scientia.

IN ÆGLOGAS MANTVANI DECATO stichon oīm earum argumenta complectens
Gallinarij Budorini

Perlege Mantoi ruralia carmina uatis
Perlege bucolicos lector amice iocos
Non hic lasciuum Corydonis laudat Alexim
Pagina nocturnos nec docet ista dolos
Fœmineas artes, fastus, conuitia, fraudes
Exprobrat, & Paphiæ furta facesq; deæ
Q. tenuis sanctæ sit honos & cura poesis
Et scurras gratos regibus esse dolet
Increpat urbanos uario discrimine mores
Cætera de sacra relligione canunt.



Bibliotb. Gissrena d.d.

DICTIONVM

Inuentarium operis præsentis.

¶ A

Abdua 69
Abies 59
Acer 11
Acta 39
Actæon 11
Aditus 35
Adorare 41
Adulor 36
Adria 70
Aegeriæ 47
Aenobarbus 35
Aeolus 58
Aesopus 37
Aestimo 16
Aheno 12
Allaudo 49
Alea facta 52
Alga 7
Alas 37
Alius 29
Alkimia 44
Alcides 28
Alma 9
Alter 29
Alueus 77
Ambages 3 12
Amens 6
Amita 76
Amyntas 6
Amicus 21
Amor 1 16
Amphrisius 52
Ab amaro quæ 4
Anas 57
Angina 60
Annosus 64
Anser 57
Ante 17
Antemna 55
Antiquus 1
Anthon 30
Aones 35
Appella 15
Apollo 53. 73
Appendix 9
Araris 23
Argus 71
Arma 27
Arnicolæ 63
Artocopi 43 45
Artocreas 55
Artos 55
Arx 19
Asphaltus 37
Astrea 61
Astronomi 46
Astus 27
Astu 44
Athesis 69
Athos 57
Atrides 28
Attica lingua 25
Auarus 45
Aucupium 56
Auerto Auertor 19
Auersor ibidē
Auis Iunonis 33
Augustus 57
Areolis 12
Auster 3

¶ B

Bacca 35
Baccatus 65
Bacchus 64
Bacchi nomina 8
Bacillus 35
Balare 68
Baldus 14
Baleares 47
Ballo ibidem
Baratrum 53
Bardocucullus 48
Bardus 9 ibidem
Batrachos 17
Belides 27
Benacus 10
Biblis 27
Bifida 31
Bilis 76. 50
Bimestris 24
Boare 68
Bombyces 35
Bombycina ibidē
Boreas 4 72
Buso 77
Bustum 19
Buxus 11
Briseis 28
Brucus 60
Bruma eadem

¶ C

Cacabus 68
Cadus 60
Caduceus 65
Calces 1
Calypso 21
Campe 60
Campus elysius 16
Candidus 78

INDEX

Cantharus 54
Capella 59
Capreolus 65
Carbo 17
Carex 64
Cardiacus dolor 64
Casa 15
Cassiopea 58
Cassis 25
Castor 30
Catones duo 13
Catus 4
Caulas 11. 23
Causare 7
Cecias 30
Cœnaculum 31
Centauri 62
Cercopithecos 44
Ceres 58
Ceraunia 25
Cicendula 7
Cicones 27
Cicuta 35
Ciet 23
Cymbia 32. 68
Cymex 65
Circus 36
Cythara 34
Codrus 36
Cogo 25
Compilo 47
Compita 8
Concieo 4
Concinnius 37
Condo 33
Congessit 23
Cordum 41
Corylus 60
Cosmas medicus 16
Cosmos 65
Cosmeo eadem 5
Cucullus 22
Cupido 18
Cura 2. 19
Carybdis 37
Chlamis tyria 75
Clitumnus 56
Cloacæ 28
Cryseis 29
Crocodilus 35
Crumena 7
22

¶ D

Deducere 46
Deglabrat 4
Deianira 35
Demens quis 24
Dentale 15
Depromere 7
Deucalion 35
Dianæ nomina 23
Dibapha 76
Dissimulare 58
Discrimen 28
Domitius 41
Dies genialis 18
Dorcas 21
Drias 16
Dryades 3
21

¶ E

Ebosus 47
Aedibus 6
Elysius campus 18
Epicedion 21
Epicuri 16
Epithalamium 3
Epitaphium 21
Equinoctium autumnale 5
Erarium 22
Erebus 18
Eremus 19
Eridanus 8. 37
Erynnis 75
Eriphile 56
Es 28
Euentus 29
Euridice 35
Eurotas
Examen
Excubiæ
Exossare
Extare
Extemplo
Extimo

¶ F

Facio
Facula
Facul
Farrago
Fartores
Fasces
Fascinat
Fastus
Fulmina
Fastidia
Fatum
Faustus
Faxo
Fera
Feralis
Fere
Fides
Fidito
Fiscella

50 47 26 55 43 42 4 69 28 30 11 1 34 24 ibidem 5 39 20 2

Fistulicen 48
Fines 46
Fœnisęca 43
Fœtus 60
Formica 53. 76
Fortuna 40
Fortnnatus 1
Fucus 60
Fuscus 77
Fulica 29. 57
Frons 6

¶G

Galathæa 24
Galbula 58
Galerus 67
Galla 3
Ganea 26. 38
Garganus 57
Gemini duo 29
Gener 7
Genethliacus 53
Genius 45
Gesta 39
Gynecæum 62
Gurges 77
Grando 15

¶H

Hamadriades 53
Harculus 15
Harpiæ 32
Hebrus 22
Hecuba 50
Hedera 21
Helena 28
Hercules 26
Herculis nodus ibidē
Herculi uiæ ostensę in solitudine 54
Hernica 26
Hiacho 7
Hic 54
Hyena 29
Hyems 40
Hydra 19
Hilaro 9
Hymen 3
Hymenæus 3
Hymnus eodē
Hinc 6
Hyppolitus 29
Hyppodame eodē
Hyppodamia 28
Hyppos ibidem
Hispidus 56
Humidus 75

¶I

Iampridem 37
Iberus 34
Ibs 59
Ida 50
Ignis 2
Illetabilis 9
Illac 16
Iliaca 50
Immaturum 21
Impingo 3
Incalluit 15
Incestare 31
Inconsultus 16
Improbus 66
Indigenæ 58
Infestus 10
Insomnis 21
Instar 5
Indiga 33
Inuidia 54
Instita 20
Iordanis 73
Ira ibidem
Irretire 44
Iste 3
Iudæus 16
Iudex 73
Iurgia 16

¶L

Laureta 57
Lamia 60
Lampyrides 7
Lanij 43
Lappa 60
Latus clauus 5
Lauerna 57
Laurnia 28
Læna 26
Leo cœlestis 62
Leuitas 42
Lepus ibidem
Liber 53
Libetrides 58
Libs 38
Lycaon 48
Lyeus 7
Ligo 43
Limbus 12
Limphaticus 6
Limpidus 74
Linter 9
Lyprote 71
Liquitur 8
Liuor 15
Lixa 44
Lolium 48
Lucius Domitius 37

Iudere 26
Lucillus 24
Luna 59
Lupa 57
Laruæ 59
Liuentia 14
Lanitium 32
Luxata 57
Lyo 28
Lupanar ibidē
Lusicinia 3
Luscus 4
Lustra 78

¶ M

Macra 70
Magalia 25. 78
Maga 26
Manica 3
Manto 45
Mantes 55
Mantous ibidē
Manubria 27
Mapalia 16 32
Mariscæ 60
Marius 14
Matertera 76
Matronę Herculi uisę folio 54
Medea 27
Medusa 30
Melampodion 55
Meditor 24
Melampus 55
Melote 40
Memini cū quo 27
Mercor 57
Mercurij insignia 26
Micare 2
Mydas 38
Miles 10 16
Milium 60
Miluus 57
Mimus 38
Myntius 8 69
Myrrha 27
myrmix 71
Modus 26
Molorchus 61
Morbus regius 18
Mentotenus 6
Mortis genera 17
Moses 52
Mugire 68
Mulcta 8
mulctra 32 68
mulierum incommoda folio 27
mundus 35
murex 43

¶ N

Naiades 31
Napeæ 18 54
Narcissus 11
Nauci 55
Neæra 40
Nil 26
Nepa 77
Nereides 19
Nero 37 47
Noctua 33
Neu 37
Nugæ 23
Nugari 57
Nursa 57
Nasotenus 6
Nodus Herculis 34
Nomius 50
Nympha 59

¶ O

O 17 26
Obba 9 64
Ociosus 42
Obductum 25
Odit 26
Oenophilus 7
Oenophilum ibidē
Oestrum 10 60
Ogdoas 31
Olympus 39
Olympica 39
Omaso 45
Omen 8
Omisit 76
Omissa 9
Onocrotalus 57
Operor 50
Oros 58
Opera 60
Orare 45
Orcus 20
Oreades 18
Orexis 2
Orgia 11
Orpheus 70
Os oris 2
Ossa 52

¶ P

Padus 25 70
Pampinus 25
Pan 59
Pannosus 14
Papyrus 55
Parce 37

Paris 50
Parnasus 21
Parthenope 22
Pasiphe 27
Pastillum 55
Pastinum 43
Pastu 3
Patina æsopi 37
Patulum 7
Paupertas 5
Pauperies 5
Pecunia 37
Pedepressim 47
Pedica 64
Pedum 67
Penates 44
Penula 32
Perna 4
Pero 67
Perseus 30
Pessum 46
Peta 3
Petaso 60
Paranymphus 63
Petulcus 39
Pignora 42
Pila 43
Pileolus 34
Piaculum 61
Pilo 48
Pythagoras 36
Pyramis 41
Pyrrhus 35
Pyrrha 49
Phœnicia 74
Polenta 40
Polymnia 25
Pollux 30
Popina 56
Populus 52
Populor 23
Post 16
Posthabitis 16
Potum diuersitas 66
Puls 48
Potidea 57
Phagi 56
Phedra 27
Philomæna 3
Philtra 21
Phineus 31
Phorcinides ibidē
Phlegeton 18
Præcordia 31
Præcox 21
Prima lux 8
Primus dies ibidē
Propago 74
Proserpina 29
Purpuro 30
Prospicere 10
Prostituere 45
Propter 10
¶ Q
Qz 43
Quas 16
¶ R
Rabula 46
Rebecca 28
Reor 14
Resipiscere 16
Rimula 31
Rima 4
Rhodopen 25
Rostrum 3
Romphea 30
Rulla 70
Ruminare 23
¶ S
Salax 26
Saligna 48
Sarmenta 57
Satanas 56
Sarculus 27
Sarcinula 3
Seco 21
Securis 31
Secundo 21
Segnis 77 21
Semiramis 31
Sentes 5 8
Septenarius numerus 50
Sepulchrū leue 19
Seres 74
Serica 29
Serræ inuentio 30
Serus 10
Setosus 45
Simulare 10
Sina
Syon
Syrenes 11
Syrtes 16
Soliuagus
Solifossor
Solstitia duo 46
Sopitus 28
Stygias 14
Sonipes 16
Soracte 31
Sortiri digitis 4
Super 25
Supra 3
Supereſſe 30

INDEX

Supinū primū 24
Supinū ultimū 2
Succidum 62
Sufurrus 12. 65
Surculus 19
Scylla 19 27
Scindo 10
Scomma 43
Specimen 22
Spelæa 52. 57
Spinetum 67
Squarrosus 25
Stiria 40 72
Stiua 7
Styx 21 53
Striat 32
Strix 60
Stimulus 43
Studium inane 10

¶ T

Thalasso 3
Tantalus 6
Tarpeia 27
Tabuit 23
Teges 65
Tempe 25
Thestylis 28
Tentare 30
Tethys 58
Tetricus 13
Tyberis 25
Tibia 7
Tibicen 48
Tindaris 27
Tyrannus 15
Tonius 7
Tmesis 6
Turgidus 3
Triuiæ 4
Triuialia 29

¶ V

Vates 33
Vecors 23 49
Ventriculus multicolor 7
Vertex 15
Veru 69
Vesperus 63
Vesperugo eadem
Vindemia 56
Vinea. Viden 8
Vipera 77
Vir bonus 48
Virus 31
Vitis 42
Vitta 53
Villa 62
Vitis quæ potior 77
Vligo 72
Vlua 55
Vlla 1
Victus 32
Vtris 8
Vuidum 67
Vrna 19
Vmber 42

¶ X

Xerxes 39

FINIS.

THOMAS VVOLPHIVS IVNIOR IACOBO
Vûimphelingio Sacræ paginis licẽtiato. S.D.P.

Saluus sis mi doctissime Iacobẽ. Aeglogas Baptistæ Mantuani sicut audio, tradidisti Ioanni Prüs calcographo cõmuni nostro amico, ut in mille exẽplaria transcriptæ, latissime diuulgentur. Debet profecto tibi plurimũ germana iuuẽtus, quę diligentia tua multis doctorũ uirorum monumentis facta est opulentior. Semper enim ex officina tua literatoria aliquid depromis, quod iuuet, quod delectet, quod linguas iuuenum reddat politiores. Ita sunt æglogæ Mantuani, quæ eruditorum sententia totæ sunt aureæ. In quibus uidere licet id quod in Theocriti & Maronis carmine maxime admiramur. Ago dijs gratias non proinde quia natus sum, q̃ pro eo q̃ me nasci cõtigit his temporibus, in quibus tot literarũ principes floruerũt. Ego dũ Bononię ingenuis disciplinis uacarẽ: in ipso iubilei anno ꝓfectus sum Mantuã, ut Baptistã quẽ ex libris noueram, corã quoq; uiderẽ. Id feci ductus exẽplo Apollonij Thyanei qui sicut Philostratus tradit & meminit Hieronymus, opulentissima Indię regna penetrauit, & latissimo phison amne trãsmisso ꝑ uenit ad Brachmanas, ut Iarcham in throno sedentẽ aureo, & de Tantali phiala potantẽ inter paucos discipulos de natura, de moribus ac de cursu dierum & syderũ audiret docentẽ. Ego mi Iacobẽ si cut multa alia ita hoc præcipue quæsiui, quid ipse in æglogis suis intelligi desideraret per Vmbrũ, in cuius laudibus esset tã frequẽs ac assiduus, Aiebat ipse a se notari Gregoriũ Tiphernũ prẽceptorẽ suũ hoiem græce latinæq; linguę oppido q̃ peritũ: qui & uersu & prosa plurimũ polluit, & qui aliquot Strabonis libros latinitati donauit. Fortasse scire delideras qua statura & forma sit ipse Mantuanus Baptista. Memoria repeto de ea re multa a nobis olim fuisse dicta, ideoq; breuiter tibi nunc satisfaciam. Scias id rectissime posse de Baptista dici, quod Homerus & cæteri uates de Vlixe retulerunt, qui corpore paruus & forma indecorus, sed ingenio maximus & animo speciosissimus fuisse perhibet. Verũ est illud poeticum. Non uni dat cuncta deus, formosus ut idẽ Sit simul & prudens, ac multa laude disertus. Qui specie caruit deus hunc uenerabilis ornat Viribus eloquũ quo fit mirentur ut unum. Quod etiam Hieronymus cõtra Pelagianos erudite expressit. Dabit tibi puer meus uersiculos quos hic noster Mantuanus de me cõposuit

sunt quidem nitidissimi: & qui plus habeant in recessu q̄ in fronte ostendant. Epitomata tua germanica fac tandem in lucem prorũpant: ne a maleuolis in spongiã incubuisse dicantur sicut olim Augusti Cæsaris Aiax. bene uale. Argentinæ cursim ex ædibus nostris Sexto Kal. Martij. Anno Christi. M.D.III.

IACOBVS VVIMPHELINGIVS THOmæ Vuolphio iuniori.

Baptistam Mantuanũ extollo, tum in poematibns suis tersis & puris, quæ absq; ueneno a maturo præceptore iuuẽtuti tradi possunt. Tum q̄ amor poeticæ in eo non extinguit studiũ sacræ paginæ & philosophiæ, nam ex eius libello de patientia magnum eũ & philosophũ & theologũ esse liquido constat. Vtinã mihi liceret uidisse & audiuisse hoĩem sicut tibi licuit Thoma dulcissime, nedũ hunc uidere & audire, sed & Picũ mirandulanũ, Marsiliũ Ficinũ, Matthæum Bossum, Pomponiũ lætũ, Petrũ Marsum, Antoniũ Codrũ, & unicũ præcẽptorẽ tuum Philippũ Beroaldum. Laudo ego ingenia Italorum, qui a teneris annis bene instituti necessaria & utilia discunt. Illi nobis græcor̄ philosophor̄ immo & theologorum (sicut Chrysostomi & similiũ) libros e græca lingua in latinos reddiderunt. Vtinã tandem apud Germanos (saltem in hac urbe nostra Argentina) in dandis primis rudimẽtis imitemur Italos. Vtinã sopiatur stoliditas illor̄ qui puerulos casualibꝫ & temporalibus obtundũt, qui in grãmatica circa uocatiuos, uerba impersonalia, appositionẽ, impedimenta. In dialectica uero circa uniuersale reale usq; in seniũ uersantur. Spero deũ nobis tandem illã daturum gratiam, ut error quorundam delirantium sacrificulor̄ comprimatur, qui antiquæ adhuc laruæ, qua ipsi corrupti sunt, inhærent. Simul etiã ut uesania compescatur cuiusdam fratricelli famã meã ubiq; lacerantis, qui pro adolescentibus apud cõmunes ecclesiarum scholas prima rudimenta iam cõsecutis gymnasium (quod pedagogium uocari solet) in hac urbe institui periculosum fore mentitus est. Vale ex Heremitorio diui Guillermi Kalendas Martij. Anno salutis nostræ. M.D.III.

In Aeglogas Fratris Baptiſtę Mantuani Elegia cũ Thomæ Aucuparij Argentinenſis.

Mantua uiſa mihi ante alias fœlicior urbes
Munere apollineo nobilitata ſacro
Virgineum ante dei partum tria luſtra Marone
Prædita nam magno nomine fauſta fuit
Hic celebri Baptiſta modo ueneratur honore
Qui confert urbi nomen in orbe nouum
Illius altiſona modulata uolumina uoce
Sparſa uolant: doctis digna legendæ uiris
Digna cothurnata latia digniſſima gente
Et digna auſonio concelebranda choro
Quæcꝫ Maro cecinit conformia tempore priſco
Hic eadem noſtra religione canit
Hic cecinit facili paſtorum carmine uitam
Ille canit lepido ruſtica uerba ſono
Hæccꝫ maronæo tantum ſunt nobiliora
Quam ſua erat noſtra religione minor
Ergo ſacros latices: quiſquis uel munera cyrre
Gliſcis & aſſyrias carpere lector opes
Hæc lege facundi diuina poemata uatis
Quæ ſunt catholicis uberiora uiris

Diſtichon eiuſdem

Os ſublime / animum ſanctum / diuinaꝫ plectra
Hic Baptiſta tenet: numina magna canens:

In Thomã Vuolphium Iuniorẽ decretorꝫ doctorẽ: & Albertum de Ratſamhuſen Germanicos amicicia coniunctiſſimos: Tetraſtichon Baptiſtæ Mantuani.

Fallor: an hi duo ſunt: duo ſunt: pluresꝫ duobus
Hi duo: & hi plures: ſunt tamen unus homo
Corporibus duo: corde unus: quum uiribus addat
Vnio: tres: ſic ſunt tres: duo & unus homo.

In Thomam Vuolphium Iunioren. D. doctorẽ;
qui habebat Basiliscum mortuum iocus
Baptistæ Mantuani.

Hydra uenenoso lætalia uulnera morsu
Intulit: & solo noxia dente fuit
Natus in ardenti Libyæ basiliscus harena
Vulnerat aspectu: luminibusq; necat
Ergo tuum tanto maius decus Hercule Thoma
Quanto oculos morsu longius ire potest
Vt minus est oculis missum uitabile uirus
Gloria sic maior Regulus hydra minor.

Versiculus Baptistæ Mantuani apud sacramentũ
eucharistiæ Mantuæ incisus.

Flecte genu: lapis hic uenerabilis hospite Christo.

Tetrastichum Baptistæ Mantuani in apo-
tam de se loquentem.

Deposui benedicte tuam: rapuiq; petrinam
Vestem: sic ditem fallere posse ratus
At mihi nil prodest uestis mutatio: nam me
Prodit caluicies & mea lingua leuis

Distichon Baptistæ Manturani a præceptoribus
crebro & fideliter pueris & adolescentibus
proponendum & inculcandũ: ut ad
lætã senectã ueniant ac trãquil
lã conscientiã senes habeãt.

Cur tibi tam leuis est: cur tam iocunda senectus:
Libera q; uitijs tota iuuenta fuit:

BAPTISTA MANTVANVS CARME

lita Paridi Ceresario, S. P. D.

¶ Audi o Pari enigma perplexū, quod Oedipodes ipse nō solue ret. Ego quinquagenarius & iā canescens adolescentiā meā reppe ri & habeo adolescentiam simul & senectam. Sed ne longa amba ge te teneā, nodū hunc dissoluo. Anno præterito cū Florentia redi ens Bononiā peruenissem, intellexi apud quendā literariū uirum esse quendā libellum meū quē olim ante religionē, dum in gym nasio Paduano philosophari inciperē, ludens excuderā, & ab illa ætate adolescentiā uocaueram. Carmen est bucolicū in octo æglo gas diuisum, quod iamdudū tanq; abortiuum putabā abolitum. Vbi id resciui saturnia fame repente sum percitus, & cogitaui quo nā pacto possem proli meæ inferre perniciē. Iuuautibus ergo ami cis libellū mihi uendicaui ut perderem, quē suspicabar erratis non scatere. At ubi intellexi & alia quædā exēplaria supesse, uisum est præstare hoc quod uendicaram emendare, emendatūq; edere, ut eius editione cætera quæ continēt multa nimis iuuenilia deleant. Hoc igitur sic castigatū duabus alijs æglogis, quas in religione lu si in calce subiunctis, tibi o Pari iuuenis antiquæ nobilitatis & stu dioq; ac omniū bonaq; artium amantissime, nostræq; urbis decus egregiū libentissime dono, ut quando tetricis illis philosophiæ ac theologiæ lucubrationibus quibus assidue uacas, fatigatus fue ris, habeas iucundulam hanc lectiunculā, qua tanq; ludo quodā blandulo (sed liberali) lassum legendo reparetur ingeniū, Omnes aūt penes quos immatura illa sunt exemplaria, rogitos uolo, ut si quid unq; fuit eis dulce meū, confestim exurant, nec ullo pacto su peresse permittant. Accipe ergo Pari suauissime libellū & auctorē & ambobus tanq; rebus tuis tuo deinceps utaris arbitrio. Vale. Kalendis Septembris, M.CCCCXCVIII.

Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi Adolescētia in Aeglogas decem diuisa/ad Paridem Cæresarium.

¶ Aegloga prima de honesto amore: & fœlici eius exitu: Colloquutores Faustus & Fortunatus.

Nomen Aeglogæ/ FAVSTVS.

FAuste p̄cor gelida quādo pecus oīe sub umbra
Ruminat: antiquos paulum recitemus amores.
Ne si forte sopor nos occupet/ulla ferarum
Quæ modo per segetes tacite insidiantur adultas:
Sæuiat in pecndes: melior uigilantia somno.

¶ Iodoci Badij Ascensij Bucolicorū Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi: Poetæq; Clarissimi: familiares elucidatiunculæ.

FAuste præcor &c̄. Hæc prima ægloga de honesto amore fœliciq; ei⁹ exitu inscribit nō sine rōe: nā licet nōdū religione ꝓfessus hæc ueluti ingenij sui præludia cōposuerat: ad poesim haud dubie natus auctor. tñ qa ne tū quidē quicq; inhonestū aut cōcipere aut edere uoluisset: & nūc cū recognosceret si offendisset nimiꝝ reiecisset. Proinde ne si de amoribus titulū quispiā seuerius religiosus lectitās aufugeret: inscripsit de amore honesto, quo reuera nihil est hoīe dignius. Hic aūt amor honestus describit. quia affectiōe matrimoniali initus. Addit āt de fœlici eius exitu: ut eos q amare uolent ad honestū amorē inuitet quippe cuius fœlix est exitus. Nā de lubricis & inhonestis fere dī a cōpatriota eius in consili ope. Et qs quis amores aut metuet dulces: aut experiet amaros. Personę (ut in ꝑambulis diximus) etiā hic abofficio & rebꝰ denoīant Faustus & Fortunatus. Nā utrūq; in bonū sonat: ut Fortunate senex &c̄. Et O fortunatos nimiū bona si sua norint Agricolas. Et rursus. O fortunati quoꝝ iā mœnia surgūt. Præterea Fortunat⁹ & ille deos q nouit agrestes. Faustus aūt si ad uocē alludere lubet uideꝫ q̄si fatim aut fauore act⁹ & fauore stās. ¶ Ordo (quē nō ubiq;: opus nō erit repetemus) hic est. O Fauste qñ. i. qñquidē oīe pecus rumīat .i. remandit prius in uentrē immissa: sub umbra gelida. i. tēperate frigida. Persius aūt dicit: & patula pecus oīe sub ulmo est. Ego p̄ cor recitemus amores antiq̄s. i. honestos q̄les erāt antiquis. Vnde Phauorinus apud Gelliū li. i. ca. x. ad iuuenē nimis antique loquē

Fortunatus

Faustus

tem. sed antiquitatē tibi placere ais, ꝙ honesta, bona, & sobria & modesta sit. Viue ergo moribꝫ præteritis, loquere uerbis pręsentibus. Antiquus

Antiquus

Antiquū etiā solet accipi pro charo: ꝙ amici & uina & cætera id genus: ut quæꝙ ueterrima ita charissima nobis esse soleant. Vñ Macro, in princi. saturnaliū. Hinc est ꝙ mihi quoꝙ institutione tua nihil antiquius æstimat &c. Verūtamē hic potius accepero pro honestis antiquis cōgruentibꝫ. Id aūt epitheton decēter addit ꝙ sine eo Seruius uelit amores lubricos dici, nā qui honestatis & religionis est numero unitatis afferri solet: uerūtamē amores etiā honestos dici docet Cice. offi. primo sic dicens. Faciem honesti uides. quæ si oculis cerneret mirabiles amores (ut ait Plato) citaret sapientiæ. Recitemus ergo amores antiquos: ne si forte sopor. i. ꝙ fundus somnus nos occupet uidelicet oscitātes: ulla. i. quęuis fera rū quę insidiant mō tacite per segetes adultas. i. maturas. seuiat in pecudes: quod docet Maro in culice. uigilātia. s. est melior somno. Generale adagium: quo sententiam firmat.

Amor

Vlla

Hic locus/hęc eadem sub qua requiescimus arbor Fau.
Scit quibus ingemui curis/quibus ignibus arsi
Ante duos uel (ni memini male) quatuor annos
Sed tibi quando uacat: quando est iucunda relatu/
Historiam prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum sequerer primis armenta sub annis/
Veste solo strata sedi: iacuiꝙ supinus:
Cum gemitu & lachrymis mea tristia fata reuoluens
Nulla quies mihi dulcis erat: nullus labor ægro
Pectore sensus iners: & mens torpore sepulta
Vt stomachus languentis erat: quem nulla ciborum
Blandimenta mouent: quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat studium: iam nulla sonabat
Fistula disparibus calamis/odiosus & arcus:
Funda odiosa: canes odiosi: odiosa uolucrum
Præda; nucum calyces cultro enucleare molestum;

Texere fiſcellam iunco, uel uſmine piſcem
Fallere: ſcrutari nidos: certare paleſtra:
Sortiri digitis reſiui cunda: uoluptas
Magna prius tanti dum mens erat inſcia morbi.
Colligere agreſtes uuas & fragra peroſus.

¶ Hic locus. Sermo eſt (ut dixi) mere paſtoralis & ita aptus ac prop
prius Scit quibus ingemui curis: teſtimonio rem firmat: & ad tela
cupidinis alludit: qui altera manu tela: altera geſtat flāmas. unde
maior Mātuanus. At regina graui iam dudū ſaucia cura. Vulnus
alit uenis: & ceco carpitur igni. Nam uulnus telo fit. unde ſaucia
curis dicta. nā cura ſcd'm Seruiū dicit q̄ cor urat: quo circa bene
hic dicit: ingemui. i. intus & in præcordiis: uel multū ingemui cu-
ris: quia res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quibus ignibus. q. d.
eſſlagratiſſimis aut cecis: ut ille. Et ceco carpit igni. Ignis aūt aliq̄n
amor dicit. ut Si quos aut phillidis ignes: aut Alconis habes lau
des. Aliquando amatus: ut At ſeſe offert ultro meus ignis amyn-
tas. Vel ni memini male, quod factum non cenſet: quia memine
runt omnia amantes. Quando. i. quandoquidē: iucunda relatu. i.
dum refertur & recenſetur: uel ut referat. eſt aūt poſterius ſupinū:
quod eo modo cū noibus adiectiuis conſtrui docet Valla. Prima
repetēs ab origie: maronianū eſt. Sub primis annis: q̄a primus fu
ror amor; grauiſſimus eſt: cum inexperta exerceat pectora. Veſte
ſolo. i. per terram ſtrata. i. extenſa. Dicitur etiam ſolum ſterni flori
bus. Sedi. i. reſedi deſeſſus, dū ſequerer. i. ſequi deberē. Iacuiq̄ ſupi
nus. q̄d amentis eſt. Senſus iners. i. ſine arte & induſtria. Mens erat
ſepulta. i. hebetata torpore ex lāguore orto. Vt ſtomachus languē
tis: quem. ſ. ſtomachum: nulla inuitat orexis. i. nullus appetitus:
aut nullus uomitus ſeu ructatio. Orexis em̄ græcum eſt ab ορεγο
μειν. i. appeto: & ορεγοσ. i. appetitus. Ex uomitu autem appeti-
tus naſcitur. Vnde etiā apud Plinium in epiſtolis pro uomitu acci
pitur Errant autem qui latine oris exitum interpretantur: nam os
oris primam producit: hoc autem corripitur: ut hic. & a Iuuenale
ſatyra ſexta. Rabidam facturus orexim. Et ſatyra. xi. Hinc ſurgit
orexis hinc ſtomachū bilis. Carminis occiderat ſtudium. Comme
morat fere quæ paſtorem oblectare ſolent: & primum fiſtulam.
De qua ænei. iñ. de Polyphemo loquēs ait Maro. Solamenq̄ ma
li de collo fiſtula pendet. Diſparibus calamis emphaticos. quaſi di
cat. ne etiam artificioſiſſima ut eſt diſparibus calamis compacta.

ut in buco. Maro. Est mihi disparibꝰ septē compacta cicutis Fistula. Et alibi. Aut unq̄ tibi fistula cæra Iuncta fuit? Nā ut alibi dicit Pan primus calamos cæra cōiungere plures Instituit. Odiosus & arcus: plus est q̄ si eius studiū occiderit. Id aūt pastorale studiū est unde illud. Et figere ceruos etiā de uenatu intelligi p̄t. Fūda odiosa. qua se pubes rustica ad futurā militiā exercere solebat. Nucū calices. i. testas. Enucleare. i. nucleis euacuare & nucleos extrahere. sicut exossare. i. ossa extrahere. Texere fiscellā. i. uas uimineū. Maro in alexi. Quin tu aliquid potius: quorꝝ nunc indiget usus: Viminibus molliq̄ paras detexere iunco. Et in fine buc. Dum sedet & gracili fiscellā texit hybisco. Est aūt diminutiuū a fiscina: de quo geor. i. Nūc facilis rubea texat fiscina uirga. Vel uimine. i. tenui pertica seu uirga. Scrutari nidos. Maro. Parta meæ ueneri sunt munera: nāq̄ notaui Ipse locū aeriæ quo cōcessere palumbes. Certare palestra cursu & lucta. Sortiri digitis. i. micare: q Italorꝝ est ludus. Erigit aūt micantiū uterq̄ quot uult digitos: & diuinat quot sint ambobus erecti & qui prior enūciat depositū sortitur. Agrestes uuas labruscas: & fragra humi nascentia. Virgilius. Qui legitis flores & humi nascentia fragra.

Enucleare
Exossare
Fiscella
Micare

Mœrebam ut pastu rediens philomæna cibumq̄
Ore ferens natis: uacuo sua pignora nido
Cum sublara uidet / rostro cadit esca remisso
Cum stupet & contra nidos super arboris altæ
Fronde sedet plorans infœlices hymenęos.
Seu ueluti amisso partu formosa iuuenca:
Quæ postq̄ latos altis mugitibus agros
Compleuit / residens pallenti sola sub umbra
Gramina non carpit: nec fluminis attrahit undam.
Sed quid circuitu pario tibi tædia longo?
Dum sequor ambages & uerba & tempora perdo.
Summa hæc: ut tales auras inuitus agebam
Quod si forte uoles cognoscere singula dicas:
Fauste quis in syrtes auster te impegerat istas?
Me mea: dū uerum etenim Fortunate fatebor:

Cōparatio

Me mea Galla ſuo ſic circumuenerat ore:
Vt captam pedicis circundat aranea muſcam,
Nanq; erat ore rubens: & pleno turgida uultu:
Et quamuis oculo pene eſſet inutilis uno:
Cum tamen illius faciem mirabar & annos
Dicebam triuiæ formam nihil eſſe Dianæ.

¶ Mœreham &c. Similitudinē affert qua res ſit clarior: ſed ruſticeo nō impertinentē. Paſtu nomē eſt: ut ſit e paſtu ſeu paſtura. Nā poſteriora ſupina nō ponūt periti cū ẏbis de loco: q̄d tñ imperitor̄ p̄cepit manus. Ore ferēs. Vir. de apib⁹, Ore ferūt dulcē natis immitibus eſcā. Philomena dr̄ luſcinia: ea aūt q̄rula fingit̄ propter amiſſam linguā, ut in buco. Vir. dici ſolet. Quas illi Philomela dapes Legūt aūt alij philomela ſimplici l: quia melos primā corripit: ut ſit amatrix dulcis cātus. Nihil em̄ ea artificioſius canit, ut auctor ē Plinius dicens. Eſt luſcinijs diebus ac noctibus continuis quindecim cantus denſante ſe frondiū gramine. Mira profecto res eſt: q̄ tāta uox in tantulo corpuſculo ſit, tam pertinax ſpiritus & muſicę perfectę modulatus ſonus. Cantāt inter ſe, & uicta morte quieſcit. prius uita q̄ cātu deficiēt. Audit diſcipulā attente & corrigit, propter hæc paria illis ac ſeruis præcia erant. In ore Sterpſicori poetę adhuc infantis cecinit &c. Alij ẏo philomena per n legūt, ut hic. Ore remiſſo. i. nō amplius eſcam tenēte. Negāt aūt roſtrū dici niſi ſit incuruū. Sub arboris altæ fronde antiquæ. ut Maro. Fronde ſuper uiridi & gemina ſuper arbore ſidūt. Nā nūc ſuper frondē dicimus. Volūt p̄terea ſuper dici ubi res cōtingit̄, ſupra ubi diſtantia eſt. Plorans. i. conquerens. Hymenæos. i. nuptias in quibus hymeneus a græcis inuocari ſolet, ut Thalaſſio a latinis: q̄d in epithalamijs. i. carminib⁹ nuptialibus uidere eſt. ut aūt docēt Donatus & Seruius. Hymenæū quidā liberi & ueneris filiū dicūt eſſe qui primus certas nuptias inſtituerit, ideoq; per laudē cātari in uirginalibus nuptijs ob hmōi meritū. Alij uirū fortē atticū, qui raptas prę donibus uirgines oppreſſis latronib⁹ patriæ reſtituerit. Hinc etiā inquit Ser. apud Romanos Thalaſſio inuocat̄, cū em̄ in raptu ſabinar̄ plebeus quidā raptā pulcherrimā duceret, ne ei auferet̄ ab alijs thalaſſionis cuiuſdā nobilis eſſe ſimulauit, cuius noīe fuit puellæ tuta uirginitas. De qua re Liuius lib. i. decados primæ certus eſt auctor. plura tñ & quędā his diuerſa apud Plutarchum legas.

Paſtu

Philomena
Luſcinia

Roſtrum
Super
Supra

Hymeneus
Epithalamium

Thalaſſio

Alij inquit Dona. ꝙ Hymen dicat mẽbrana quædã qua est munita uirginitas: quæ primo disrumpit coitu: hymenæũ dictũ putãt. Alij hymnũ uocari uirginaliũ nuptiarũ. Ergo sic accipe hymenæum in nuptijs: quẽadmodũ in funere uel in sacris hymnũ. Teren. in Adel. Verũ hoc mihi mora est tibicina & hymenæũ qui canãt. Hæc illi. Hic aũt accipit ꝑ cõiunctione quasi nuptiali. Seu ueluti. Alia similitudo etiã rusticis cõgrua. Gramina nõ carpit. Sic Maro Vlla nec amnẽ libauit q̃drupes nec graminis attigit herbã. Dũ sequor ambages. i. dubios & lõgos uerborũ circuitus & inuolucra ab ambigo q̃d est circũ ago. Maro. Nõ hic te carmine ficto: Siue ꝑ ambages & lõga exorsa tenebo. Vitales aures: sic ænei. i. Si uescit aura ætherea: nec adhuc crudelibus occupat umbris. Quis auster, quiuis uẽtus importunus. Maro. Date classibꝰ austros. Est aũt meridionalis tepore corrũpẽs: vñ amoribus q̃drat. Maro. Heheu q̃d uolui misero mihi perditus austrũ. Floribꝰ & liquidis immisi fontibus apros. Corrũpentẽ obsonia docet Iuuen. Et ꝓperat uelut urgeat auster. Syrtes sunt loca arenosa habentia uada breuia: in q̃ si inciderint naues euelli nequeũt: de quibꝰ Maro æne. i. In breuia & syrtes urget. Sunt aũt in Getulia. Idẽ ænei. v. Hũc ego getulis agerẽ si syrtibus exul. Hinc metaphoricos aut allegoricos ꝑ inextricabilibus amorũ nexibꝰ: nã qui amant q̃d obtinere nequeũt: lupũ auribus tenẽt: cũ nec ꝙ tenere nec ꝙ dimittere cõpotes sint. Impegerat ab impũgo: nã pũgo etiã pegi facit. Istas tuas & uiles. Pertinet emꝫ iste ad secundã ꝑsonã & ad cõtemptũ. Maro. Aut quid petis istis? Me mea galla. in Iuue. etiã tenuis cliẽtes uxor. Galla mea est inq̃t. Profer galla caput &c̃. Suo ore: formositate oris. Pedicis laqueis & viculis pedũ: sicut manicæ sunt manuũ uincula. Geor. i. Tũ gruibus pedicas & retia ponere ceruis: Auritosq̃ sequi lepores: tum figere dãmas. Et ænei. ij. Manicas atq̃ arcta leuari uincula iubet Priamꝰ Est etiã manica manuũ & brachiorũ tegumentũ. Idẽ. Et tunicæ manicas: & habet ridimicula mitræ. Est pleno turgida uultu. Teren. Succi plena, sed id urbanius: nã turgida. i. inflata nõ suo pingui: nõ nisi rustico placeat ut lusca. i. altero oculo capta, sed dicit pene. ut nõ mere luscã sed petã. i. tremulis oculis putes. nã & uenus peta dr Dianæ triuiæ. i. tris uias habẽtis in cœlo ubi luna dr: in syluis ubi diana uenatrix: & apud inferos ubi ꝓserpina, quod fingit: ga lunę lumẽ nũc superis: nũc inferis: nũc nobis cõspicit. Legi posset ducebã. i. iudicabã in animo meo. Nihil esse: uidelicet ad hanc nostrã:

Ambages

Auster

Syrtes

Iste

Galla
Pedica

Manica

Turgida

Peta
Triuiæ

Ludit amor sensus; oculos præstringit; & aufert For.

Líbertatem animi:& mira nos fascínat arte.
Credo aliquis dæmon subiens præcordia/flammam
Concitet:& raptam tollat de cardine mentem
Nec deus(ut perhibent)amor est/sed amaror & error.
¶Ludit amor.Interloquit Fortu.ne durior sit ppetuus tenor uni
us.Ludit:eludit.oculos præstringit. Vñ præstringiæ & prestigia
tores qui mercuriū principē habēt.Fascinat:illigat quasi fasce q̄dā Fascinat
incātamēto.Maro.Nescio qs teneros oculus mihi fascinat agnos
Aliquis dæmon.i.uafer spiritus.Præcordia.i.mēbranulas cor cin Præcordia
gētes:in quibꝫ sunt affectōes seu passiones animoꝝ.Cōcitet:a cōci
eo frequentatīm.i.prouocet aut cōmoueat.De cardine:de stabilita
te & firmitudine sua.Nec deus.Maro.Nūc scio quid sit amor:du
ris in cotibus illum Hismarus:aut rhodope:aut extremi garamā
tes.Nec nostri generis puer:nec sanguinis edunt. Amaror amari Amaror
cies amaritas.& amaritudo ab amaro dicuntur.
Adde ep optatis nec spes erat ulla potiri.
Quamuis illa meo miserata faueret amori:
Monstraretꝫ suis oculis ac nutibus ignes.
Nam quocunꝫ isset/semper comes aspera:semper
Nupta sequebatur soror/& durissima mater.
Sicꝫ repugnabant uōtis contraria uota.
Non secus ac muri catus/ille inuadere pernam
Nititur:hic rimas oculis obseruat acutis.
¶Adde &c̄:Docet quō in syrtes incidisse ꝓbet.Nō secus.i.nō ali
ter ac.i.cꝫ.s.repugnat catus.i.seles aīal reuera catū.i.uafrū & calli Catus
dū,& corripit catus primā.vñ pert simplex scribit. Hora.i.carmi
nū. Vace formasti catus & decore. Verūtamē multi ꝓ aīali ꝑt du
plex scribendū putant. Perna a pede dr̄ sc̄dm Varronē,q̄si sit pes Perna
porcinus cū carne præcipue priores pernas uocant, posteriores
uero Petasones.Rimas.i.fissuras,e quibus mus exiliat. Rimas
Qui satur est/pleno laudat ieiunia uentre For.
Et quem nulla premit fitis/est sitentibus asper.
¶Iterꝫ interloquit Fortuna,cuius dictum si ad durissimā matrem

respicit, sensus est: matrē iam saturatā amoribus nō ignoscere filiæ amare incipienti. Si ad catū, illū inuidere muri aut sorici famelico cū satur sit, quia tūc p̄cipue uenatui intendit cū contra faciat canis

Tempus erat curua segetes incedere falce: Faustus
Et latè albebant flauentibus hordea culmis.
Affuit (ut mos est) natis comitata duabus
Collectura parens: quæ præterit hordea messor:
Ignorabat enim uel dissimulabat amorem:
Dissimulasse puto: quoniam data munera natæ
Nouerat: exiguum leporem geminasq; palumbes:
Pauperies inimica bonis est moribus: omne Fortu-
Labitur in uitium: culpæ scelerumq; ministra est.
Farra legens ibat mea per uestigia uirgo: Fau-
Nuda pedem / discincta sinum / spoliata lacertos:
Vt decet ætatem / quæ solibus ardet iniquis:
Tecta caput fronde intorta: quia sole perusta
Fusca fit: & uoto facies non seruit amantum.
Iam tergo uicina meo / lateriq; propinqua
Sponte mea delapsa manu frumenta legebat.
Nec cælare suas / nec uincere fœmina curas:
Nec differre potest: tantum leuitatis in illa est
Quisquis amat / leuis est: nec fœmina sola / sed ipsi For-
Quos sapere & præstare aliis mortalibus aiunt:
Quos operit latus fulgenti murice clauus:
Quos uidi elatos regali incedere passu:
Tu quoq; sic affectus eras dementior illa:
Forsitan & leuior, uirgo data farra legebat:
At tu farra dabas, dic quæ dementia maior:
Perge: opus est uerbis aliquando arcere soporem.

¶ Tempus erat curua segetes incidere. græce & duriter ut rustico cōpetit: Nā latine dicas: tēpus incidēdi: auctoribus Seruio & Valla. Virgi. tñ ænei. ij. dixit. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros Collectura parēs. Hic locus uidet sumptus ex Ruth. Pauperies inimica bonis est moribus, Id rusticis usum: quibꝫ nō dum intellecta deoꝝ munera. Paupertas: aut quia indigentē difficile est bene operari. Aut reuera: qa p paupertatē coguntur mulierculę munera accipere: quę diuitibus essent respuenda. Oīe labit in uitiū. Sic Comicus. Inopia & cognatoꝝ negligētia coacta. Et post: ita ut ingeniū est oīm hoīm procliue ab labore ad libidinē. Est quidē hæc sententia rustico digna. Nā neqꝫ paupertas uitiū est: neqꝫ in uitiū impellit: si eā ferre nouerimus. quin munus deoꝝ a Lucano recte dī. sed nondū intellectū. Veꝝ quia procliues sumus ad libidē: nostro nō pauptatis uitio sæpe peccamus. Vñ Prouer. xxx. Aut ægestate furer & periurā nomē dñi. Et tñ idē dixit. Paupertas: & honestas a deo sunt. Dicemus ergo paupertatē in spiritu sanctā sed difficilē eius usum. Pauperies aūt ꝓprie accipit ꝓ paupertate: ut si qua drupes pauperiē fecisse dicat. Nuda pedē: græcę & poeticæ sunt locutiōes. Maro ænei. i. Nuda genu modoqꝫ sinus collecta fluentis. Sunt aūt oratoribus uitandæ. Sponte mea. Sic & Booz ipsi Ruth fieri præcepit. Latus clauus uestis est senatoꝝ Romanoꝝ. Murex conchilij genus: cuius sanguine fit purpureus color. Dic quæ dementia. In prosa potius dixero utra uel utrius.

Paupertas

Pauperies

Latus clauꝰ

Murex

Continuo aspiciens ægre tulit aspera mater: Fortu.
Et clamans: quo (dixit) abis: cur deseris agmen:
Galla ueni: namqꝫ hic alnos prope mitior umbra
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura
O inuisa meis uox auribus: ite (præcabar)
Ite malam uenti celeres dispergite uocem
Si quis pastor oues ad pinguia pascua ducat:
Et uetet adductas præsens decerpere gramen.
Vel si iam pastas potum compescat ad amnem:
Et sitibundo ori salientem deneget undam.
Nonne oportunus, naturæ innimicus & exors:

Illa mihi uox uisa Iouis uiolentior ira:
Cum tonat: & pluuius terris iraſcitur aer
Non potui & uolui frontem non flectere, uirgo
Demiſſi in cilium: de ſub uelaminis ora
Me aſpiciens: motis blande ſubriſit ocellis.
Id cernens iterum natam uocat improba mater:
Galla operi magis intendens audire recuſat:
Vt pede ſic animo ſequitur, tum prouidus ipſe:
Namq; dolos inſpirat amor: fraudeſq; miniſtrat:
Nunc cantu: nunc ſollicitans clamore metentes.
Velamenta dabam ſceleri, quo credere poſſent.
Et ſoror & mater non audiuiſſe puellam:
Falce repellebam ſentes: ne crura ſequentis
Leuia; ne teneras auſint offendere plantas
Quiſquis amat ſeruit: ſequitur captiuus amantē. For.
Fert domita ceruice iugum: fert uerbera tergo
Dulcia; fert ſtimulos: trahit & bouis inſtar aratrum.

¶ Continuo aſpiciēs. Cōtinuo recitat argumentū amorꝫ ſuorꝫ. Si quis paſtor. Indicat ſimilitudinē cꝫ incōmoda fuerit matris reclamatio. Nā ſicut paſtor ouibꝫ eſſet importunus ſi eas a præſentibꝫ herbis aut fluminibus cū famerent aut ſitirēt arceat: quæ Tantali pœna dr̄. Ita importuna uiſa eſt mater quæ præſentia puellæ uetabat frui. Iouis uiolentior ira. amatorie dictū. Audire recuſat. i. hic ut uideꝫ diſſimulat. Velamēta dabā ſceleri. i. fraudi quæ nō ſemp ſcelerata eſt. Nā ſi honeſte amauit. ut titulus indicat: cui ſceleri? Sed ſcelus eſt in pulla nō audiēti monitis maternis. Sentes: ſpinas & uepres. Crura ſequentis. ſ. uirginis. Leuia nō aſpera nec piloſa. Teneras plantas. Maro. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Quiſquis amat ſeruit. Ideo Oui. Dū licet iniuſto ſubtrahe colla iugo. Fert. i. patiꝫ ꝟbera. Satyricus. Solea puer obiurgabere rubra Bouis inſtar. i. in ſtatū & morē: quod Valla non approbat. Vult em̄ inſtar ad æquiparationē: non ad ſimilitudinē pertinere.

Sentes

Fert

Inſtat

Aegloga prima VI

Tu quoq; ut hinc uideo non es ignarus amorum. Fau:
Id commune malum: semel insaniuimus omnes. For.
Hoc animi tam triste bonum / tam dulce uenenũ Fau.
Quotidie crudele magis crescebat in horas:
Vt calor in noctem dum lux attollitur horam:
Pallebam attonito similis limphaticus / amens /
Immemor / insomnis: nec erat res ardua morbi
Nosse genus, frons est animi mutabilis index.
Vt pater aduertit / mitem se præbuit ultra
Consuetum: q; & ipse suos expertus amorum
Sciret onus: blandoq; loquens humaniter ore:
Dic (inquit) dic Fauste: quod pectore uoluis:
Infœlix puer hæc facies testatur amorem:
Dic mihi: ne pudeat curas aperire parenti.
Si licet in natos facies austera parentum: For:
Aequa tamen semper mens est & amica uoluntas.
Vt facilem pater affectum præ se tulit: ultro Fau.
Rem confessus / opem petij: promisit & ante
Q; brumale gelu borealibus arua pruinis
Spargeret / agnati unanimes cum patre / puellam
Desponsam mihi: nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar, eram medio lutulentus in amne
Tantalus: o quotiens misso cum bobus aratro
Vt tacuis aliquando esset sola ædibus ibam.

¶ Tu quoq;. Aeneas siluius (q papa pius) asserit neminẽ ad trigesimũ peruenire ętatis annũ q nõ senserit aliqñ amoris ignẽ. Vñ pro uerbialr dicit. Semel insaniuimus oẽs, qd' Maro geor. iiij. sic dicit.

Omne adeo genus in terris hoīmq; ferarq;. Et genus equoreū pecudes pictæq; uolucres. In furias ignēq; ruunt: amor oībus idē &c̄. Hinc.i.ex his a te dictis. Lymphaticus.i.furore percitus:ut hi qui lymphas.i.nymphas se uidisse in aquis credūt. Errāt aūt qui uinū lymphaticū dicūt ꝓ diluto. Amens.i.sine mente. Terē. Nam hæc inceptio nō amantiū:sed amentiū est. Frons est nnimi mutabilis index. Prouerbiale, sed quia ceperūt hoīes dissimulare. Dicit Iue. Fronti nulla fides:ea'dicata fertur uerecundiæq; pudori Frons index. Sunt ergo index & similia cōmunia. Cicero hāc uocē stultitiæ indicē. Vt pater aduertit.i.resciuit:agnouit.annotauit aīaduertendo. Mitem se prębuit:talem præstandū docet Mitio. Teren.in Adel. Vltra consuetū.i.præter consuetudinē.quia solēt patres esse sæueri in mores filiorꝫ. Vnde Menedemus Teren.in Heau. Cœpi non humaniter:neq; ut animū decuit ægrotū:adolescentuli tractare,sed ui & uia peruulgata patrū quottidie accusabā &c̄. Causam aūt quare pater mitior fuit:addit q; & ipse &c̄. Vnde & diuū Petrū labi congruit:ut sciret ignoscere. Dic mihi ne pudeat &c̄.ex loco Terentiano:ut dixi. Sit licet in natos &c̄. Cōfirmat ut uerosimile sit quod ille dixerat. Agnati.i.affines: despōdere.i.desponderūt mihi puellā. Nec adhuc sine testibus.i.arbitris & p̄sentibus. Illi cū illa cōgrediebar.i.licet esset mihi desponsata:tn̄ nō licebat cōuenire eā,nec cū ea loqui cū sola esset:quo custoditā eius atteſtaī pudicitiā. Est aūt locutio uirgiliana:nā Virg.uerba ad certamē pertinētia cū dtō cōstruit:quæ alij cū abltō mediāte cū:ut Placido ne etiā pugnabis amori.i.cū amore. Certat tibi.i.tecū. Infœlix puer atq; impar cōgressus achilli.i.cū achille. Erā medio sitibūdus in amne. Tantalus.i.tantali filis, De quo Hora.i.ser. Tantalus a labris sitiens fugiētia captat flumia. Quia eī deoꝝ secreta reuelauit aut ꝙa pelopē filiū dīs epulandū apposuit:hac pœna apud inferos dānatus dr̄:ut mētotenus immo labioꝝ tenus habeat dulcissima fluīa: quibꝫ dū sitim restringere conet̄ delabunt̄. Et nasotenus fragrātia poma:itidē dū apprehēdere conaī subter fugiētia. Signanī aūt auari,ut auctor est Hora subdēs ibidē ꝙd rides:mutato noīe de re. Fabula narraī:congestis undiq; saccis. Indormis inhians:& tanq; ꝓcere sacris. Cogeris aut pictis tanq; gaudere tabellis:ut ædibꝫ.i. domibus priuatis.s.paternis.uacuis.s.patre:matre:sorore:& reliquis familiaribus esset sola,s.domi.ibam.s.ad eam.

Omnia causabar:sitiam/dentale/iugumq;/
Lora iugi/rullam;deerant quæcunq; petebam

Esoceri lare: sola tamen deerat mihi uirgo
Non deeram mihi: piscator: uenator & auceps
Factus eram: & solers studia intermissa resumpsi
Quicquid erat predæ: quicquid fortuna tulisset
Ad soceros ibat: gener officiosus habebar.
Nocte semel media subeuntem limina furtim
(Sic etenim pactus fueram cum uirgine) furem
Esseruati inuasere canes: ego protinus altam
Transiliens sepem: uix ora latrantia fugi
His tandem studijs hyemem transegimus illam.
Ver rediit: iam sylua uiret: iam uinea frondet
Iam spicata ceres: iam cogitat hordea messor
Splendidulis iam nocte uolant lampyrides alis.
Ecce dies genialis adest: mihi ducitur uxor.
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit: & in portum uento ratis acta secundo est.
Tum boue mactato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis
Affuit œnophilus: multoq; solutus hiaccho
Tempestiua dedit toti spectacula uico:
Et cum multifori tonius: cui tibia buxo:
Tandem post epulas & pocula multicolorem
Ventriculum sumpsit: buccasq; inflare rubentes
Incipiens: oculos aperit, cilijsq; leuatis
Multrocienscq; altis: flatu a pulmonibus hausto
Vtrem implet: cubito uocem dat tibia presso
Nunc huc nunc illuc digito saliente uocauit
Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu

Saltidico: dulcique diem certamine clausit.
Etiam tres hyemes abiere: & proximat ætas
Quarta: dies rapidis (si qua est bona) præterit horis
Si qua placent / abeunt: inimica tenacius hærent.
Fauste uiden: uicina pecus uineta subintrat. For.
Iam (ne forte graui mulcta taxemur) eundum est.

¶ Omia causabar. Pergit quo occeperat docēs Faustū amorē suorū exitū optatis. uidelicet nuptijs. Oīa causabar. i. excusabā seu accusabā. & in excusatione intermissæ operæ adducebā: ut in mœri.
Causabar
Stiuā
Dentale
Rulla
Gener
Lāpyrides
Cicendula
Causando nostros in longū ducis amores. Stiuā. i. manicā aratri qua regit: dentale. i. lignū ad q̄d inducit uomer: ut dicit Serui. ad illud. i. geor. Duplici aptant dentalia dorso. Rullam partem a ruendo dictam. Elare. i. domo soceri. s. futuri: quia despensatione facta. Nō deeram mihi. i. officio meo aut utilitati meæ studia intermissa. s. tempore languoris: ut prius dixit. Gener est cōiunx filiæ: & dicitur ad socerū & socrū correlatiue. Iam cæres. i. seges aut frumentū spicata. i. spicas habens. Lampyrides sunt papyliones quidā qui nitedulæ & cicendulę dicunt: de quibus Sipontinus sic. Cicendula a græcis lampyris dicta: quidā noctilucam q̄ noctu luceat: alij nitedulam uocant. Non ante matura pabula: post defecta conspicitur nunc pennarū hiatu refulgens: nunc congressu obumbrata. Huius animalis stellantes uolatus maturitatis hordei signum rusticis prebent mira benignitate naturę. Ab hac lychnus pensilis; quē uulgo lampadem uocant. Cicendula appellatur quæ nocte tota seruatur accensa: & lampyridos instar lucet. Marti. de cicendula. Ancillā tibi sors dedit lucernæ. Totas quæ simul exigat tenebras. Scribitur aūt græce λαμπουρις, ιδος. i. lampuris lampuridos, sed pro u etiā y scribi a nobis solet. Quia ergo hordei maturitatē denotant: bene dicit. Iam cogitat hordea messor Splendidulis &c̄.

Dies genialis
Patula
Oenophilus
Hiaccho
Lyeus
Tonius
Tibia
Ventriculū
Dies genialis. i. quo gignendis liberis thoro opera detur. Ratis acta. i. res de qua parū sperebat optatū sortita est exitū. Gemina luce solis & tedarū. Sub patula. i. semp patēte. Oenophilus. i. uini amator. Oenophorū aūt uas magnū in quo uinū affert. Iuue. Totū cœnophorū sitiēs. οἶνος. i. œnos græce dr̄ uinū. Hiaccho. i. baccho: hoc est uino solutus: soluit em̄ curas. Vñ lyeus a lyo. i. soluo dr̄ liber pater. Tonius a tonando dictus cantor. Cui tibia buxo: ex buxo em̄ fere fiunt nūc fistulæ. olim ex tibijs gruū: vñ & tibię dictę. Multicolorē uētriculū. i. folliculū quē inflare solēt uarijs pāniculis tectū: uulgo

musam cornutã uocãt: eo q curuã phistulã annexã habet. Buccas rubẽtes ex uino. Multotiẽs satis humile aduerbiũ: q idonei abstinere dicunt. Vtrẽ. i. saccũ illũ ex corio. Pinguibus a mẽsis iuuenes ad cõpita. i. loca q plures petere solent. in quibꝫ rustici choreas & cęteros ludos exercẽt. Cãtu saltidico. i. saltandi formã dictãte. Et proximat. i. ꝓxime appropinquat: aut instat ęstas q̃rta quia æstate post messẽ duxerat. Dies rapidis &c̃. Si q̃. i. aliqua dies. i. tẽpestas est bona. i. læta & ꝓspera: ꝓterit horis rapidis. i. uelociter trasceuntibꝫ. Id em̃ uidet lętis. Inimica tenaci⁹ hærẽt: gñalis snĩa q̃ ad finẽ facit. Plura tm̃ ut uidet dicitur⁹. sed a fortunato ad coertionẽ pecoris auocat̃

Viden. i. uides ne: pecus subintrat uineta. i. loca uitibus cõsita uici na. eundũ est. i. ire nos oportet ad custodiã pecoris: ne taxemur id est damnemur: graui mulcta. i. pœna pro delicto danda.

Vtrem
Compita
Viden
Vineta
Mulcta

¶ Aegloga secunda: quæ dicit Fortunatus: de amoris insania. Colloquutores Faustus & Fortunatus.

QVr tã serus ades: qd te (iã septima lux est) Detinuit / gregibus ne nocẽt hęc pascua uestris. Fau.

Fauste Padus nostros q ꝓterlabit̃ agros
Creuerat: & tumidis ripas æquauerat undis. For.
Nos cura gregis omissa / priuata coegit
Publicaq utilitas ripam munire diurnis
Nocturnisq operis / fluuiumq arcere furentẽ.
Fert Padus exundans mala sæpius omnia: noster Fau.
Tityrus est autor: qui pascua dixit & arua.
Forsitan id uerũ: quando extra tempora / & ultra For.
Mensuram atq modum subito concreuerit æstu:
Nunc autem id poscit tempus: nam liquitur altis
Nix hyberna iugis: implent caua flumina montes.
Se exonerãt / fluuioscq onerãt: sic flumina rursum Fau.
Se exonerant: pelagusq onerant. hoim quoq mos est:
Quæ nos cunq præmunt / alieno imponere tergo.

¶Cur tã serus ades? In hac ægloga damnabit amoris insania quã Amyntã pastorẽ deperisse memorabit Fortu: Nõ em̃ noĩ cõgruebat: ut Fortunatus amores experiret amaros. Amyntas aũt a Marone inducitur pastor emulus: vñ dicit: Inuidit stultus Amyntas.

Amyntas

αμυντικος amynticos aũt dr̃ uindicatiuus: Talis aũt proximitas est ad furorẽ ꝙ insaniã cũ ceptis desistere cogitur. Vtrũq; deduci uidetur ab αμυνομαι amynome: quod est ulciscor: punio: repugno. Principiũ collocutõis ẽ de inundatõe padi quã Faustus accusat: quo minus affuerit illis diebus cũ pecore. Cur tã serus. i. tardus: sed utrũq; sic accipio: ut ad tps referat. Virgi. Tarde uenere subulci. Nã lẽtus: piger: oscitãs etiã mane uenire possis. Serus aũt uespere dũtaxat: etiã si celer & preceps. Iã septima lux: septimus dies.

Serus

Prima lux
Primus dies

Prima tñ lux & primus dies differũt autore Valla. Nã prima luce facio q̃d in prima ꝑte diei. Primo die: q̃d toto ipso die qui primꝰ est. Gregibꝫ ne nocẽt. q. d. minime: cũ ager mãtuanus sit optimus. Vñ Maro. Et qualẽ infœlix amisit mãtua campũ. Padus fluuius maximus Italię: in quẽ iuxta Mantuã incidit Myntius. vñ de utroq; dicit Maro in Tityro. Hic inter fluĩa nota. Et fontes sacros frigꝰ captabis opacũ. Nostros ergo agros. i. matuanos. Nos cura gregis omissa aut obmissa. Vulgatius Horatiũ secuti deposito b dicimus omissa: & omisi prima breui. Nocturniscq; opis. i. operatõibus aut operarijs: nã utrũq; significat hæc opa. Fert padus exundãs mala sꝙi omina. i. portẽta aut indicia futurę calamitatis. Nostri. i. nostras aut cõpatriota noster. Titirus. i. Maro qui in primo buco. per Tityrũ intelligit. Est autor: in fine primi geor. Post cędẽ cæsaris: quã tot mala secuta sunt: qa fluuiorũ rex Eridanus: cãposq; ꝑ oẽs Cũ stabulis armẽta tulit. Idẽ em̃ est padus & eridanus ab eridano seu phethonte filio solis: q̃ in eo submersus dr̃ denoĩatus. Idẽ dicit Hora. i. car. de tyberi. Vidimꝰ flauũ tyberim: retortis Littore hetrusco uiolẽter undis: Ire dejectũ monumẽta regis. Tẽplaq; uestæ. Qui pascua dixit & arua. i. buccolica & georgica. Prudẽter æneida tacet: ut cuius lectio ad rusticũ nõ spectat. Hora. aũt in ser. reticet. qa tũc nõdũ erat emissa. Forsitan: bñ forsitã ne potẽtis fidẽ priscorũ adhibere cẽseat: q̃ ꝙo tẽpestiue fiũt nihil portẽdere uident ꝑter se. Nã liquit. i. liquescit & defluit. Vir. geor. i. Vere nouo gelidus canis quũ mõtibus humor Liquit. Mõtes ntũs est: qa mõtes implẽt caua flumina. i. alueos fluminũ. Se exonerãt: uidelicet mõtes: & onerãt flumina: fluĩa rursus onus suũ in mare demittũt: nã oĩa fluĩa intrãt mare: & mare nõ redundat. Vñ rustice dixit: Pelagusq; onerãt Quæ uos cũq; tmesis. i. incisio est ꝑ quęcũq; nos. Dr̃

Padus

Omina
Noster

Eridanus

Liquitur

aũt Tmesis non temesis. Alieno imponere tergo. vñ de phariseis saluator Mathei. xxiij. Alligãt aũt munera grauia & importibilia & imponũt in humeros hoim: digito aũt suo nolũt ea mouere. Tmesis

Sed iam contractũ reuocat suus alueus amnem. For.
Decrescente pado (dictu mirabile) noster Fau.
Fortunate lacus maioribus æstuat undis.
Vrbs natat: obscuræ fiunt cellaria fossæ:
Lyntre cados adeunt: labens ad uina minister
Ridet: & eximis fertur grauis obba lacunis.
Multa (licet nati fuerint melioribus horis)
Multa & magna ferunt aliquando incommoda ciues
Commoditas omnis sua fert incõmoda secum: For.
Et forti appendix est illætabilis omni.
Hactenus eridanus: nostros repetamus amores: Fau.
Quandoquidẽ nunc alma uenus mouet omnia: cœlũ
Luce tepet nitida: tellus uiret: arua uolucres
Cantibus exhilerant uernis: nunc omnia fœtant.
Tu tua lusisti, sed nos aliena sequamur. For.
Namq; tibi noti referam pastoris amores:
Vt doceam ueneris nihil esse potentius igne.
Pauper & infesto sub sydere natus Amyntas:
Sex uitulos totidemq; pares ætate iuuencas
Armentiq; patrem ducens in pascua taurum:
Venerat ad Coitum: nitidis ubi Myntius undis
Alluit: herbosos fugiens perniciter agros.
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
Est Coitus: campo moles fundata palustri.
Hic igitur recubans uitrei prope fluminis undam:
Vitis ubi amplectens longis dumeta lacertis

In uada curuata ripæ ſupereminet umbra.
Piſcibus inſidias tendebat harundine & hamo:
Meſſis erat: ſolis rapidi uiolentia [illegible]:
Sciderat arentes: finem philomena canendi
Fecerat: & neq; lux paſſim morientibus herbis
Paſcere oues poterat: neq; nox humore cicadas:
Dumq; incumbit aquis. ſtudioq; intendit inani.
Taurus (ut auditum eſt) primum uexatus ab œſtro:
Mox canibus: demum furaci a milite ſyluis
Abditus: ex toto confeſtim euanuit agro.

¶Sed iam contractū. Non interrogatiue ſed indicatiue legatur. Suus alueus. i. proprius aut debitus: aut hyppallage. i. ſuū amnē. De creſcente pado dictu. i. ut dicat: uel dū dicat mirabile: noſter lacus

Myntius — uicinus urbi noſtræ Mātuanæ ſcilicet Benacus. Myntius em̄ ex be
Lintre — naco fluit: Lintre. i. ſcapha aut alia nauicula. Grauis obba. i. lage/
Obba — na. Perſius ſeſſilē uocat. eo q; lato fundo quaſi ſedeat dicēs. ſatyr. v. Exhalat uapida leſum pice ſeſſilis obba. Melioribus horis. Vñ Iu uenalis. Diſtat em̄ quę Sydera te excipiāt modo primos incipientē Edere uagitus. & adhuc a matre rubentē. Sed id æthnicis q; chriſti anis conſonantius. Verum ſi non trahimur aut compellimur inui

Appendix — ti: ducimur tamen zelo & incitamur. Appendix illętabilis: quia in
Illętabilis — hoc mundo nō ſunt ſolida nec plena gaudia quę nihil habeāt ama roris. Nam extremū gaudiū luctus occupat. Appendix dicit quod appendit. Illętabilis de qua nō eſt lætandū. Sic ænei. iij. Hinc Dre/ pani me portus & illætabilis ora. Multa ſunt prouerbialiter dicta notatuq; digna. Boetius dicit didiciſſe in foribus iouis eſſe duo do lia: alterum boni: alterū mali: neminēq; naſci qui non aliquando ex utro q; bibat. Hactenus eridanus. ſ. dictus eſt. i. inundatio padi. Noſtros repetamus amores. Quandoquidē nunc. ſ. in uere: præci pue dum nix liquit: tūc em̄ ueneri potiſſimū dat opera. Vñ uernę

Alma — dicti q; fere uerno tpe gignunt. Alma: qa diua creatrix ab alendo dicta. nā per ꝓpagationē cōſeruat genus noſtrū. Arua uolucres. Maro. Hinc uolucrū cōcentus in aruis. Exhilarant: hilaros græce

Hilaro — vñ hilarū Teren. dixit. Facit hilaro uerbū: quod eſt hilarē & lætū

facio. Nunc oĩa fœtant. i. fœtus producunt. Tu tua lusisti, i. tuos amores faciliter ceciniſti. Eſt em̃ ludere res nõ graues canere: unde Vir. in bucco. Et ipſum Ludere quæ uellẽ calamo permiſit agreſti Oui. Ille ego qui fueram teneroꝝ luſor amoꝝ. Ingenio perij naſo poeta meo. Itẽ Maro in culice. Luſimus octaui gracili modulante thalia. Atq; ut araneoli tenuẽ formauimus orſum. Sed nos aliena ſequamur. Nõ em̃ fortunato (ut dixi) infortunia amoꝝ congruãt: ea em̃ dicturus eſt: Veneris nihil eſſe potẽtius igne: Maro. Oĩa uincit amor: & nos cedamus amori. Et ideo de tpe quo amãt beluę dicit geor. iij. Tẽpore nõ alio catuloꝝ oblita leæna. Sæuior errauit cãpis: nec funera uulgo Tã multa: informes urſi ſtrangẽq; dedere. Per ſyluas: tũ fæuius aper: tũ peſſima tygris. Heu male tum lybiæ ſolis errã in oris. Et infeſto ſub ſydere. i. moleſto & inferenti quaſi uim: q̃d plus eſt q̃ſi infauſto legendũ ſit. Ad coitũ. i. ad arcẽ ſic dicta q̃ eſſet ad cõfluentẽ. Myntius ex banaco (ut dixi) naſcẽs. Perniciter: uelociter. Arx noua caſtellũ uocat. Propter aq̃s. i. iuxta. Vir. geor. iij. Et uiridi cãpo tẽplũ de marmore ponã. Propter aquã tardis ingẽs ubi flexibus errat Myntius: & tenera p̃texta arundine ripas. Sed quęras cũ ille in laudẽ Myntij (eſt em̃ ſic utilior nauiganti bus aduerſo p̃ſertim fluĩe) dixit tardis flectibus: cur hic dicat fugiens pniciter. Sed dicemus id ad inundationẽ p̃tinere: qua fluĩa tarda alias pnicia fiũt. Lõgis lacertis. i. brachijs. q̃a labruſcæ nõ putãtur nec reſecant̃. Harũdine & hamo. i. hamata harũdine. i. uirga tenui. Sciderat: mutauit: cõtra morẽ producit: nã ſcindo ſcidi priorẽ corripit. ænei. iij. Heſperiũ ſeculo lat⁹ abſcidit: aruaq; & urbes. ubi Seruius tñ uidet̃ ſentire debere p̃duci. Nã metri (inqt) cauſa ſciſyllabã corripuit. ueꝝ nõ legit̃ correpta. cũ cõtra ſępe reperiat̃. Hora. i. car. Ne quicq; deus abſcidit &c̃. Poſſet forte legi Soluerat aut q̃d ſimile. Necq; lux. i. diurnũ tps. necq; nox humore. i. rore. Vir. Dũcq; tymo paſcent̃ apes: dũ rore cicadæ. Studioq; intendit inani. i. piſcã di hamo: vñ paꝝ utilitatis conſequit̃: præſertim p̃termiſſa cuſtodia armentoꝝ. Ab œſtro: ueſpę genus eſt id. ſic gręce a ſono dictũ Mox. i. paulo poſt uexatus a canibus. Demũ. i. tandẽ aut ultimo. abditus. i. abſconditus a milite. i. uiro belligero humilis conditõis unde furaci addit. Nõ em̃ militẽ dicemus equitẽ auratũ: ſed milleſimũ quẽq; . i. quẽlibet e numero millenario etiã uiliſſimũ: unde milites romani potiſſimum pedites uocabantur.

Coitus

Perniciter

Arx

Scindo

Oeſtrum

Miles

Quod puer ut nouit/ tumulum conſcendit; & alta
Voce bouem clamans; longo rura omnia uiſu

Prospicit: ut frustra niti se comperit, arcum
Corripit & pharetram: sequiturq; perinuia taurum
Illum per caulas & per stabula omnia quærens:
Per colles Benace tuos: per consita oliuis
Iugera: per uirides ficis & uitibus agros:
Venerat ad sublime iugum: quod sulphuris arcem
Sustinet: & longis aperit prospectibus illinc
Benacum, hinc campos longe lateq; patentes.
Lux ea sacra fuit Petro: frondente sub ulmo
Mixta erat ex omni pubes post prandia uico
Ducebatq; leues buxo resonante choreas.
Rustica gens nulla genus arte domabile: semper Fau.
Irrequietum animal: gaudet sudore: peracto
Mane sacro (quando omnibus ocia) luce
Ipsa oci ac famis impatiens epulatur: & implet
Ingluuiem: audito properat tibicine ad ulmum
Hic furit: hic saltu fertur bouis instar ad auras.
Quam rastris uersare nefas: & uomere terram
Calcibus obduris: & inerti mole fatigat
Ac ferit: & tota Baccho facit orgia luce.
Vociferans: ridens: saliens: & pocula siccans.
Stulte quid hæc faris: solatia rustica damnas For.
Rusticus ipse: tuis malus es: tibi pessimus ipsi.
Dicta ioco fuerint: nostrum repetamus Amyntam:

Prospicere

¶ Quod puer. Prosequit historiã aut argumentũ cœptũ. Prospicit porro aspicit. Aenei. i. Nauẽ in conspectu nullã: tris littore seruos Prospicit errãtes. Vt. i. postq̃. Per caulas & per stabula per colles benace tuos. Nõ lõge ergo distat: ita ut de eo intelligi posset quod dixit noster lacus &c̃. Sulphuris arcem a sulphure denominatam

Benacū qui ut larius ex alpibus augeť. Sacra fuit Petro ad uincula (ut uideť) kaleñ. Augusti. Buxo. i. fistula ex buxo. Maro. Timpana nos buxusq; uocat berecynthia. Ipsa oci ac. Sic Maro in fi. Geor. Ignobilis oci pro ocij dixit: nam ut hic ocij scribas uersus non patitur. Bouis instar. i. in morē. q̄d Valla (ut dixi) improbat. Quā rastris. s. in cimiterio aut in alio loco sacro: aut area publica. Facit orgia baccho. i. celebrat bacchanalia. Orgia aūt gn̄aliter dicunt om̄ia festa. Calcibus a nominatiuo calces: sic em̄ scribendū præcipiunt: estq; neutri gn̄is. Vir. Ferrata falce fatigat. Alibi masculinū leges. Inerti mole. i. pondere corporis inertis. Tibi pessimus ipsi. Confessus em̄ est suos amores unde posses in eū dici illud Hora. Q̄z temere in nosmet legem sanximus iniquam.

Buxo

Orgia baccho .i. bacchanalia.

Calces

Continuit gressum; baculoq; innixus acerno
Intermisit iter; donec miteſceret æstus.
Ah puer infœlix æstus te maior in umbra
Corripiet; nudam uideas ne in fonte Dianam
Claude oculos; blandis neu des syrenibus aurem;
Sors tua Narcisso similis; Narcissus in undis
Dum sedare sitim properat; sitit amplius; at tu
Exteriorem æstum fugiens intrinsecus ardes.
Q̄z melius fuerat (nisi te sic fata tulissent)
Ad reliquum redñsse pecus; seruasse iuuencas;
Admissi bouis æquo animo dispendia ferre;
Q̄z dum conaris nil perdere / perdere teipsum.
Sed post iacturam quis non sapit; utile non est
Consilium post facta dari quod oportuit ante.
Consilium post facta; imber post tempora frugum.

¶ Cōtinuit gressum, Reliqua prosequit. baculo acerno ex acere arbore. Acer em̄ prima breui illius aceris sc̄d'm Prisci. facit. vñ Acernus. a. um. Intermisit iter q̄d habuit ad inquirendū tauꝝ. Ah puer infœiix: acclamatio Fortunati. sic illic: ah uirgo infœlix q̄ te demē tia cœpit; Nudam uideas ne in fonte dianā claude oculos. i. auerte

Fau.

oculos tuos ne uideas uanitatē: sed ad fabulam alludit. Acteon ēm
Acteon qa dianā imprudens nudā uidit a canibus discerptus est. Blandis
Syrenes, ne des syrenibus aurē. Nam syrenes (ut aiunt) surda aure transire
oportet. ut inquit diuus Hiero. Fuerunt aūt (autore Seruio in fi. v.
ænei.) tres in parte uirgines & in parte uolucres: a cheloi fluminis
& caliopes musæ filię. Harū una uoce: altera tibīs: tertia lyra cane
bat. Et primo iuxta pelorū in capreis insultis habitauerūt: quæ ille
ctos suo cantu in naufragia deducebant. Scd'm ueritatē meretrices
fuerūt: q̄ trāseuntes: qm̄ deducebāt ad ægestatē: his ficti sunt inferre
naufragia. Has ulyxes contēnendo deduxit ad mortē. Hęc ille. Ha
rum noīa dicuntur parthenope aqua quæ nunc Neapolis. i. noua
urbs dī: olim fuit denoīata leucosia & lygia. Dicuntur autē ab eo
quod est hirin quod significat cōnectere & retinere: & aspiratio cō
uertit in. s. Harū cantū ad Vlyxem transtulit Cice. principiū est. O
Narcissus decus argolicū quin puppim flectis Vlyxe &c̄. Sors tua Narcisso
similis. Is ēm scd'm Oui. meta. iiij. Cū superbia formę elatus cæte
ros contēneret amore sui in fonte usi exorsit & cū sui cōpos esse nō
posset in margine languens tandē in sui noīs florē cōuersi meruit.
Dū sedare sitim ꝓperat: in fonte uidelicet: sitit amplius amore sui
illic uisi: intrinsecus ardet æstus amoris. Q̄ melius. i. q̄to. sic Vir.
Q̄ Q̄ magis illa tremens: tanto magis effer a flammis. Nisi te sic fata
Fatum tulissent. Imputat fatis: sed tñ immerito: ut legit apud Aulū gellū
li. vi. ca. ij. Heu mihi q̄ dānant mortales numīa celi. Esse aiūt etēm
per nos mala: cū tñ ipsis Vecordi præter fatū sint mente dolores.
Multi ḡ fatis imputāt. Iuue. Hūc ego fatis imputo. Et alibi. Fata re
gūt hoies. & Mālius li. iij. Fata quoq; & uitas hoīm suspēdit ab a
stris. Sic fœlix aut triste uenit ꝑ singula fatū. Ver̄ fatū uarie accipi
solet: ut cūq; tñ accipiat: dicemus nō imponere arbitrio nostro ne
cess tatē: etiā si fata uiā inueniūt. Cōsiliū post factū est inquit imber
post tempora frugum: bene ad suū institutū conuertit ne nō rusti
cus putetur. ut aūt Maro inquit. Dulce satis humor.

Vna puellares inter pulcherrima turmas Fortu
Virgo erat: alba comas: aliis proceriorꝫ annos
Nata quater quinos /uel circiter: ore nitenti
Vrbanis certare potens & uincere nimphys:
Aureolis radians guttis: ad tempora limbus
Ibat: & ad pectus clausum uelamen æheno

Clauiculo: mediam fulgenti fibula ferro
Stringit in anguſtum: noua candicat inſtita lapſu
Linea rugoſo: pedibuſq; allabitur imis.
Hanc puer ut uidit/perijt: flammaſq; tuendo
Hauſit: & in pectus cecos abſorbuit ignes.
Ignes qui nec aquis perimi potuere: nec umbris
Diminui: neq; graminibus: magicíſue ſuſurris:
Oblituſq; greges & damna domeſtica/totus
Vritur: & noctes in luctu expendit amaras.
Sæpe graueſcentem uerbis compeſcere flammam
Nixus: & inſanum iuuenis cohibere furorem
Dicebam: miſerande puer quis te deus iſtas
Miſit in ambages: ſed non deus/immo ſathanum
Peſſimus: ex illis quos noctibus atq; diebus
Ter tribus in terras fama eſt ex æthere lapſos

¶ Vna puellares. Nō attendēs ad interlocutōem ſauſtinā pgit Fortu. deſcribēs puellā: cuius amore exarſit. Nata quater quinos. i. ui ginti: quæ ætas ruſticis uxorē ad laborē expetentibus grata: cū urbano iunior placeat: ut in Eunu. Anni quot? ſedecim. Flos ipſe &c. Vrbanis nymphis. i. ſponſis aut puellis ꝓ nymphis habendis. Eſt aūt dūs more Virg. Mōtibus in noſtris ſolus tibi certat amyntas. i. tecū & cū nymphis. ſed durius addit: & uincere. cū ſequat nymphis: nam ſubaudire oportet eas. Aureolis. i. pariꝫ aureis: ſicut a luteo luteolū deduxit Maro. Limbus. i. ueſtis oblonga. Aheno. i. æreo clauiculo. i. ſpintre. Fulgēti ferro: ex uſu aut artificio: aut ex eo quod albū ferꝫ uocāt. Stringit in anguſtū: ut gracilior habeatur. Nā ſi qua eſt habitior paulo pugilē eſſe aiūt. Noua inſtita linea. i. annexæ ſtolæ. Sunt aūt duo epitheta quę latina lingua refugit. niſi diuiſim conſtruant. ſed tñ hæc tolerant. quia perinde eſt ac ſi dicat inſtita noua ex lino quæ ruſticæ cōuenit: nā inſtita lanea & ſerica ſtolæ matrimoniali cōgruit. Allabit imis pedib. i. ad imos pedes defluit Ho. ſer. i. Nil mediū eſt: ſunt q nolint tetigiſſe niſi illas. Quarū ſub ſura talos regat inſtita ueſte. Eſt aūt inſtita tenuiſſima faſciola quę prætexta dr. ut inquit Acro, ad dictū locū. Lapſu rugoſo. i.

Aureolis
Limbus
Aheno
Inſtita

in plicas cõtracto. Hanc puer ut uidit perijt. Maro. Vt uidi ut perij ut me malus abstulit error. Flammasq; tuendo. i. inspiciendo. hic actiue accipiť. Ignes ignes: bona & artificiosa repetitio q nec aquis &c̄. Vnde Aedituus apud Gel. lib. xix. ca. ix. Quid faculā præfers philiros qua nil opus nobis. Ibimus: hic licet pectore flāma satis Istam non potis est uis sæua extinguere uenti. Aut imber cœlo cādidus præcipitans, At contra hunc ignem ueneris nisi uenus ipsa. Nulla est quæ possit uis alia opprimere &c̄. Neq; graminibus. Id conqꝛitur Apollo apud Nasonem. Heu mihi q̄ nullis amor est medicabilis herbis. Magicisue susurris. i. incantatōibus quę obscure remordente conscientia proferuntur. Quis te deus ex ueteri consuetudine interrogandi. nam hodie quī unū credimus deū inepta esset, nisi abusiue (ut dixi) ex poetico more inferos dicamus deos: & amorē aut uirtutes & uitia. In istis ambages. i. inextricabiles errores. Sed non deus corrigit, ergo quod dixerat deus: immo (inquit) sathanum pessimus. a nominatiuo sathan: huius sathanos: sicut Tytan tytanos: pæan pæanos, Peccant ergo qui etiā sathanas sathanæ media breui proferunt. Ter tribus. i. nouem noctibus & totidem diebus ex nouem choris angelorum.

Susurris

Ambages

Sathanum

Dic age si nosti quenq; reminiscere si quem
Videris hoc pacto diteſcere: surgere in altum:
Dilatare domum: maioribus horrea aceruis
Complere his studijs: extendere latius agros:
Multiplicare greges: acquirere pascua bobus:
Sunt qui nostra ferant mensis epulanda cruentis
Inter tot populos quot habet latissima tellus
Corpora: & humanos absumunt dentibus artus
Sunt inquam quos tanta malis tot uexit erinnys
Sed nullum est tam immane genus / tam barbara nusq;
Gens: quę fœmineos non execretur amores:
Hinc ueniunt rixę: ucuiunt & iurgia / & arma:
Sepe etiam dirę multo cum sanguine mortes:
Hinc quoq; delectis euersæ mœnibus urbes.

Ipse etiam leges/rubrisq; uolumina loris
Clausa/uetant scelus hoc:& detestantur amores.
Vt leges audiuit:ad hæc respondit Amyntas.
Ciuis enim fuerat puer:& uersatus in urbe.
His monitis prudens & circumspectus haberi
Niteris:& sensu tetricos anteire Catones.
Error hic:hæc passim sapiens dementia regnat.
Ipse sibi plauditur homo;solersq; putari
Vult animal:tamen incautus sibi multa tetendit
Retia:& in foueam cecidit quam fecerat ante.
Liber erat:seruile iugum sibi condidit ipse:
Pondus id est legum(uidi ipse uolumina)quas nec
Antiqui potuere patres:nec possumus ipsi:
Nec seruare ætas poterit uentura nepotum
Aspice q̃ stulta est hominum prudentia:cœlum
Sperat:& esse sibi sedem inter sydera credit:
Forsitan in uolucrem moriens transibit:& altum
Spiritus assumptus tranabit ad æthera pennis:
Tunc ergo quid latras:legum deus auctor:& ipsis
Non parere sapit magnam nimis impietatem:
Grandia de magnis hæc sunt certamina rebus:
Quid fuerim reris;quamuis pannosus & asper
Sim modo:tunc animo:tunc ui:tunc ore ualebam:
Nec mihi sese alius poterat componere pastor:
Nunc qnoq; si rectus uultu gradiare supino:
Alter eris Marius:raso ore uidebere carbo
Talia respondit sic obiurgatus Amyntas.

Facto homini deus inuidit. concessa uoluptas
Visa bonum nimis excellens. & uota repressit
Legibus inuentis: ut equi ligat ora capistro /
Ne quocunq; libet flectat uestigia sessor.
Quæ mea sit me cogit amor sententia fari:
Liberaq; ora facit. qui non communicat usum
Coniugis / inuidus est: liuorem excusat honestas
Introducta usu longi liuoris iniquo.
Nam dum quisq; sibi retinet sua gaudia: nec uult
Publica / communis mos ac longæuus honestas
Factus: & hunc morem fecit dementia legem:
Inuida res amor est: res inuidiosa uoluptas:
Tunc ego non andens hominem contendere contra
Amplius: insano rediens ab amante recessi.
Cernis ut hic malus affectus sic lumina mentis
Claudat / in errores ut sponte feramur apertos:
Cernis ut a summo liuentia nubila Baldo
Se agglomerent: oritur grando, ne forte uagantes
Tempestas deprendat oues: discedere tempus.

¶ Dic age. Progredit in detestatiõe amoris quo illũ auertat: facitq; id quasi satyrice: docẽs nullũ ex amoribus emolimentũ: nullũq; ꝑ eos ditescere. Sũt qui nostra ferãt: tyrãni q sanguinẽ & sudorẽ pauperũ absumũt: aut ad cyclopas & lestridonas aspexit: aut ad ægyptios a Iuueuale dãnatos: sed uerius ad auaros q quicq; d paupes sudore pariũt deuorant. Euersæ urbes ut Troia & aliæ (ut Hora. i. ser. sentit) multæ. Nã fuit ante Helenã cunn⁹ teterrima belli. Causa sed ignotis perierũt mortibꝰ illi Quos uenerẽ incertã rapiẽtes more feraꝝ. Viribus editior cædebat: ut in grege taurus. Tetricos: sæueros & rigidos: a tetricis montibus asperis. Anteire collisio est: sicut in deinde, pinde: deesse fieri solet. Catones duo noĩati sunt sæueriſſimi: maior ille censorius: & minor uticensis. Ipsę etiã leges: ua

Tyranni

Tetricos Catões duo

lex diuina. Nō mechaberis. Lex humana: ut lex iulia in adulteros De qua Iuue. Lex iulia dormis &c̄. Quas nec antiqui potuere patres. Sic beatus Petrus Actuū. xv. Nūc ergo qd tentatis deū imponere iugū sup̄ ceruices discipulorꝝ: q̄d nec̄ nos nec̄ patres nostri portare potuimus. Sapiēs demētia: bona implicatio. sic apud Iuuenalē. Inter socraticos notissima fossa cinœdos: cū nihil sit magis repugnās q̄ socraticū & cinedū esse. Sed (ut in plogo andrię dicit) multi faciūt ne intelligendo ut nihil intelligāt. Videnť ergo sibi sapientes cū sint demētes. Iniquā in se ferentes legē. Hora. Q̄ temere in nosmet legē sancimus iniquā. Quā fecerat ante. Sic Dauid. Incidit in foueā quā fecit. Forť tan in uolucrē. Tanta est amātibus insania: ut etiā q̄ fidei sunt irridęāt. Graphice ergo docet q̄ nō sit sui cōpos q̄squis amat. Grādia de magi . Ne decori p̄sonaꝝ immemor uideať poeta (uideť em̄ altior hic disputatio q̄ ut rusticis cōueniat inducit alterꝝ interloquentē: q̄si minus habeat fidei. Vñ Fortunatus more senū q̄ se laudāt & sua tp̄a. ut Nestor apud Homerꝝ, Vñ Flaccus in arte. Laudator tp̄is acti se puero. Dicit se in adolescentia sui se p̄ęstāti ingenio & prudētia magna prædituū. Quid fuerim reris. i. arbitraris: q̄uis pānosus. i. ueste multis pāniculis consuta & crasso pāno. & asper sim mō. i. pānis annisq̄ obsitus: ut inquit Comicus. Nūc quoq̄ si rectus uultu gradiare supino. Alter eris Marius qui ꝑcerus erat & (ut Apianus docet) uultu sęuero: q̄ ex uultus diritate quī nihil loqueretť satis ꝑferre uisus q̄ ingentē machinare tur cædē. Papyrius aūt carbo illa tēpestate q̄ cū iuniori grapho cō spirabat: adhuc inuestis seu imberbis erat. vñ ait. Raso ore uidebere carbo. alludēs (ni fallor) ad carbonē quo nihil nigrius. Vt equi ligat ora capistro sessor. i. qui insedit equo. Me cogit amor. Nō ergo sui iuris aut liberꝝ se fateť: sed amore coactum. Qui non cōmunicat usum coniugis inuidus est. Vult errore & hæresi nicolaitarꝝ etiam cōiuges debere cōmunes esse: & per inuidiam suam cuiq̄ data m: & legē iuliā in adulteros latā: quæ res quia honesta uisa liuorē excusat honestas. Honestatē aūt introduxit longus sed iniquus (inquit) usus: quę oīa sunt ab insano & demēte amatore dicta. vñ quam uidit non maritali affectione amauit. Inuida res amor est i. inuidere faciens: quia nec regna parē: nec uenus ferre potest. Liuēs tia: subnigra & densa a liuore qui est macula plumbei coloris ex cōpressu facta. Tibul. Tum succus herbasq̄ dedi: quis liuor abiret Quē facit impresso mutua dente uenus. Et quia talē inuidi contrahunt colorē: ideo liuidi dicunť: & liuor inuidia. Baldo. i. a mōte uicino. Est aūt futuræ æglogæ parascęue. i. præparatio.

Reris

Pannosus

Papyrius carbo

Carbo

Inuidia

Liuentia

Baldus

Baptistæ Mantuani

Aegloga. III. quæ dicitur Amyntas: de insani amoris exitu infœlici. Colloquutores Faustus & Fortunatus.

Illa hesterna ruens Baldi de uertice grando Fau.
O Fortunate fuit nobis innoxia: diuis
Gratia nostrarū quibus est custodia frugum
Sed ueluti ex illis ueniens ait Harculus oris
Veronensem agrum/pecudes & ouilia sic est
Demolita casas: & pastoralia tecta
Sic euerterit: ut agricolis spes nulla superstit.
Agricolis etenim pecus est substantia: & arua
His subiecta malis: grandi thesaurus in arca
Ciuibus est: quem nulla queat contundere grando
Nulla pruina/gelu nullum/nullæ aeris iræ.
Nescio qui uentos tempestatesq; gubernat For.
Id scio: sed neq; si scio/sat scio: sed tamen ausim
Dicere: quid: uita ne ideo mulctabor in ipsa:
Numina si ut perhibent/orbem moderantur ab alto
Extimo nil duros hominum curare labores.
Aspice quo tenuem uictum sudore paramus:
Quot mala pro grege/pro natis/pro coniuge/pastor
Fert miser. infestis æstate sudoribus ardet:
Frigoribus riget hybernis: dormimus ad imbrem
Cotibus in duris/uel humi: contagia mille
Mille premunt morbi pecudes: discrimina mille
Sollicitant: latro insidias intentat ouili
Atq; lupus: milesq; lupo furatior omni:
Vt manus assiduo detrita incalluit usu

Squalit os:barba obriguit:cutis aruit æstu:
Vna repentino rapit omnia turbine grando:
Hoc superi faciunt:quibus inclinamur ad aras
Et quibus offerimus faculas & cærea uota
Nescio quæ pietas:& quæ clementia tantis
Cladibus inuoluat pastores omnium egenos.

¶ Illa hesterna ruens. Facto ex euēto pastoribus colloquio prosequitur Fortu. infœlices amores amyntę. Stylus quia pastoralis facilimus est:quo circa breuissimus ero. Illa grando hesterna:cuius meminit in fine præcedētis æglogę:de uertice.i.summitate. Vertex ēm dī summitas a qua uertendū est:cū altius ire nequeas: ut in capite & monte. Baldus mons est. Diuis.i.sanctis. Harculus rustici nomē quasi bonus cultor aut aruicola aut retiarius αρκυσ ēm dī rete. Demolita.i.deiecit prostrauit calamitatē inferendo. Casas:tuguria pastoralia. & ꝑ ideſt pastoralia tecta. Agricolis etēm. ordo est:etēm substātia.i.possessio & peculiū est agricolis pecus & arua Nullæ aeris iræ.i.tēpestates quasi abirato ioue qui & aer dī illatę Nescio quis &c̄.rustice id dicit sed graphice. Sunt ēm rustici impatientes calamitatis:ita ut in deuerbio sit. Qui sua amittit:& sensus amittit. Vñ & Aeneas amissa cōiuge(quā cꝫ summus alioquin deorū cultor)ait ænei.ñ. Quem nō incusaui amens hoīmꝫ deorꝫq;. Aut qd in euersa uidi crudelius urbe. Et in buco. Amisso nato. Aut cꝫ deos atcꝫ astra uocat crudelia mater. Vita ne ideo mulctabor ipsa.i.an ne ob id uiuēs puniar? Id quocꝫ de more rusticano: Nā illis durū nō uidet̄ qd differī malū:utpote post fata. Numina si ut perhibēt:epicurei ēm negabāt. vñ Maro in buc. Ne curare deū credis mortalia quencꝫ. Lucre. Ne bene ꝑ meritis capit nec tāgit ira. Hora. ser.i. Credat iudæus appella. Nō ego nācꝫ deus dicī i securꝫ agere æuū. Iudeū uocat appellā.i.sine pelle prꝑputiñ:hoc est circūcisum. Securꝫ æuū.i.seorsum a cura motaliū. Vñ Epicurus iactabat se leuasse genus humanū duobꝫ summe malis:metu & superstitōe deorꝫ:Metu quidē:qa dixi unū esse spiritus humani & beluini interitu:& ita nō esse metuēda q̄ post mortē eueniūt. Et supstitōe.i.anxia religiōe:quū dīj nō curēt mortalia sed utrūq; impiū & sceleſtū est:omnē pietatē & religionē destruens. Extimo ꝑ existimo.i.censeo & iudico. per x plurimi scribunt. Aestimo aūt.i.æris præcium constituo & liceor per æ & st. Discrimina.i.pericula. Milesꝫ lupo furacior. Miles dicitur quicuncꝫ stipendium belli gratia suscipit.

Vertex
Baldus
Diuis
Harculus
Appella
Extimo
Aestimo
Discrimina
Miles

Grando

Vna grando:una calamitas quæ dicta est ꝙ calamos.i.culmos ſe getū terit. Eſt aūt in ſermone multiplex parthos. Quibus inclinamur:adorando & ſacrificando nutu. Sic Hiarbas ꝑnei.iiij. Dicitur ante aras media inter numina diuū Multa Iouē manibus ſupplex oraſſe ſup.nis. Et infra. Nos munera templis Quippe tuis ferimus famamq; fouemus inanem. Incalluit.i.callū:hoc eſt tumorem & duriciem induit. Paſtores omniū egenos. ænei.i. Omnibus exhauſtos iam caſibus:omnium egenos.

Incalluit

Fortunate ſcelus nobis hæc omnia noſtrum Fau.
Ingerit:ætherei ſententia iudicis æqua eſt.
Quod ſcelus:an fuimus Chriſti uitæ inſidiati? For.
Iurgia/furta/ira/uenus & mendacia/rixæ. Fau.
Quid meruere boni:nec eꝫ ſcelus obruit oēs: For.
Et tamen una omnes pariter peſſundat erinnys:
Heu neſcis male de ſuperis ſentire nefandum. Fau.
His igitur quæ ſcire nefas/neſcire neceſſe eſt
Poſthabitis:curas iterum repetamus Amyntę:
Quas ſumus experti:quas ignorare negatum eſt.
Res uulgaris amor:ſtudium commune iuuentæ:
Mœror & affectus alij de cardine mentem For.
Sæpe leuant:animo ſermo uenit æger ab egro.
Intellecta licet pro re pro tempore fari. Fau.
Sic habitus Coſmas ſapiens:incognita nunc;
Fauſte ſapis:notos igitur repetamus amores. For.
Reſtat amynteos poſtrema in fata furores
Ducere:& in miſero lachrymas impendere caſu.

¶ Fortunate &c. Ne approbanda uideat ſententia fortunati: caſtigat eū Fauſtus dicēs illud notū uerbū: Omnia mala quę patimur peccata noſtra meruere. Itē ætherei ſententia iudicis æqua. Augu. eꝫ docet occulta quidē eſſe interdū diuina cōſilia: ſed tñ nū q; iniuſta. Hoc Maro ænead. vi. Aut æquus amauit Iuppiter. Et. x. ænei.

Rex Iuppiter oĩbus idẽ. Quod ſcelus. Graphice exprimit ruſticoꝝ opinionẽ: qui ſeſe inſontes putãt dũ capitalibus criminibus uacãt Reſpondet añt Fauſtus. Quæris q̃d ſcelus? Iurgia. i. cõtentiões q̃ frequẽtes inter ruſticos ſunt. Vñ ꝓ magno bono duxit Maro ſepem dicẽs. Hinc tibi q̃ ſemꝑ uicino ab limite ſepes &c̃. Venus. i. luxuria carnis. Quid meruere boni? Nõ reſpõdet ad hoc Fauſtus: aut quia feſtinat ad narrationẽ exitus amoꝝ Amyntæ: aut qa nõ decuit ruſticũ q̃ theologoꝝ ſunt enodare. Vñ dicit ne fas eſſe de factis dei inquirere. Satis em̃ eſſe debet: quia deus ita uult qui nihil iniuſtũ uelle poteſt: Itaq; ubi diuina eſt præceptio nulla debet eſſe cũctatio: ut Abraam nobis p̃clare oſtẽdit: dicẽte diuo Auguſtino: nã filiũ non dubitauit mactare: in quo tñ ꝓpaginis ꝓmiſſionẽ acceperat. Atſi quæras: cur boni cũ malis puniãt. Dicet em̃ tẽporaliter puniri bonos ut plus mereant: malos aũt ad uindictã. Et ita p̃cioſa in cõſpectu dñi mors ſanctoꝝ eius. Mors autẽ peccatoꝝ peſſima. Neſcire neceſſe eſt. Altiora te ne quæſieris. Mitte archana dei &c̃. Poſthabitis. i. p̃termiſſis aut minoris habitis: ut poſthabui tñ illoꝝ mea ſeria ludo &c̃. poſtbabita coluiſſe ſamo. Quas. i. cuiuſmodi ſumus experti: quia hoc cõmune malũ: Semel inſaniuimus oẽs. Meror & affectus alĩ. i. affectiões & paſſiões & perturbatiões. De cardine. i. ſtabilitate. Sẽpe leuãt. i. amouẽt. Animo ſermo uenit ẽger ab ẽgro quia ex abundantia cordis os loquit. Vñ Flaccus in arte. Format em̃ natura priꝰ nos ĩtus ad oẽm fortunaꝝ habitũ: iuuat aut impellit ad irã: aut ad humũ mœrore graui deducit & angit. Poſt effert animi motus interp̃te lingua. Sic habitus Coſmas ſapiẽs. Coſmas (ut opinor) medices florẽtinꝰ ille ditiſſimus & memoratiſſimꝰ: p̃ Laurẽtĩ & auus Petri medicis hic intelligit. In poſtrema. i. in ultĩa fata. i. mortẽ uſq;. Impẽdere: impuri. In miſero caſu. i. infelici exitu.

Iurgia

Poſthabitis

Quas

Cardine

Coſmas medices

Prætereãs illac paruo poſt tempore/rurſum
Inſanire hominem uideo: & miſeratus amantem:
O iterum (dixi) mens inconſulta/ueneno
Ebria fatali/populo iam fabula factus:
Non reſipiſcis adhuc: & adhuc in amore ſepultus.
Te tuis atq; tuos pecus atq; mapalia tecum:
Vt quondam moriens rapuit ſecum omnia Sanſon.
Cum ſenio curuatus eris/ſi forte ſenectam

Fata tibi dederint) quis sustentabit inertem:
Somnolentum /inopem /cum iam defecerit omne
Robur & ingenium, sensusq; receſſerit omnis:
Hæc tibi cuncta feret (nisi mors præuenerit) ætas
Esto domi /uigila /obserua /super omnia semper
Prospice quo tendas: & quo ueniſſe dolendum est
Ire caue: discerne uias: hominemq; memento
Non ad delicias: non ad muliebria natum
Blandimenta: seui tam perniciosa iuuentæ.
Ipse ego cui pecudes /cui lac /cui caseus /ægre
Vitam ago: tanta agros omnes inuasit egestas
Tot duri rerum euentus: incommoda passim
Tanta: tot aduersis totus conuoluitur orbis.

¶ Præteriens illac. Principiū narrationis: Illac. i. per illum locum ubi dixi Amyntā amore languentē iacere. Paruo post tpe. Sic Maro: Respexit tñ: & multo post tpe uenit. Vñ post & ante gratia excessus abltm regunt cū suo si uolumus casu: ut post dictā diē paruo tpe. Sine aūt casuali suo uidētur aduerbia. Vt. i. postea. Oiterq; bonus est uersus: quia in principio carminis monosyllāba uocalia nō abñciunt: ut o utinā: o ego. Neq; corripiuntur: sicut interdū in medio: ut in bucco. Te corydon o alexi trahit sua quenq; uoluptas. Mens incōsulta. i. imprudens: cui nihil est cōsilñ aut pensi. Capitur em̄ incōsultus passiue: pro eo cui nō est datū consiliū: ut ęnei. iñ. Incōsulti abeūt sedēq; odere sybillæ. Et tñ cōsulti uident qui cōsiliū dant: sed reuera qui consulunt sæpe. i. a quibꝫ ut prudentibus consiliū petit. Vnde nō solū iuriscōsultus: sed etiā iurecōsultus dī: quasi in iure aut de iure. Veneno ebria fatali. i. amore ad fata id est mortē ducente. Est em̄ amor uenenū quia per uenas it. vñ Vulnus alit uenis. Nec tñ fato imputandū: sed nobis. Vnde diuus Augustinus super illud. Ego dixi miserere mei: sana animā meā quia peccaui tibi, ait. Ego peccaui: nō fatū: nō fortuna. De hoc tñ plura iam diximus. Populo iā fabula. i. argumentū fabulādi: nō tñ dicit iā fabula facta: quia ordo est: factus iam populo fabula. Resipiscis. i. iterū sapis: & ad sapientiā redis. Pecus atq; mapalia. i. casas & caulas

Illac

Post & ante Oiterum

Inconsulta

Amor

Resipiscens Mapalia

Dicunt etiã sic a Virgilio: ut raris habitata mapalia uillis. Et magalia: sed prima longa: ut ænei. i. Mirat molẽ Aeneas magalia quõdam. Rapuit secũ oia Sanson: ut Iudicũ. xvi. late describit. nota est historia. Senectã fata tibi dederint: Qui em (ut Seneca dicit) ad extremũ fati peruenerit senex morietur. Posuerũt antiqui multiplicem mortẽ: ut fatalẽ quæ quatuor cursus saturuinos explebat. i. centũ uiginti annos. Vltra quos fata. i. deorũ constituta: negabant posse uiuere. Et naturalẽ quæ tris explebat. i. nonaginta annos: tunc em natura deficit. Dicitur q; mors merita. i. pro merito in remediũ tot malorũ quæ sequant cõcessa. Et fortuitã ac uiolentam quæ etiã in primo cursu cõtingere possunt: quas oẽs tangit Maro, ænei. iiij. ad finẽ. Nam quia nec fato merito: nec morte peribat. Sed misera ante diem subito q; accensa furore. Hęc tibi cuncta ferent. vñ Flaccus in arte. Multa ferunt anni uenientes cõmoda secum. Multa recedẽtes adimunt. De incõmodis senectę uide Iuuenalis satyrã decimã: in qua dicit. Sed q; continuis & quãtis longa senectus Plena malis. Prospice quo tendas. i. ad quẽ statũ. Persius. Est aliquid quo tendis? Et quo. i. ad quẽm statũ. Ordo est: & caue ire. s. eo quo uenisse dolendũ est. Esto domi: aut simpliciter dicit: aut quod Persius. Tecum habita: & noris q; sit tibi curta suppellex. Leui. i. facili & incõstanti. Tot duri rerũ euentus. Licet (ut Valla docet) in plurali frequentius dicatur euenta genere neutro: tamẽ etiã euentus legimus ut ænei. vi. Cecosq; uolutat euentus. Euentus

Accipe rem non auditam: non tempore factam
Præterito: sed quam lux hæc mihi protulit: ipsi
Vt mos autumno pecudes crescente rotundi
Mane foro exposui lanæ uenalia pondo
Sexaginta hodie: grande es conflare putabam
Vix uitam gregis eduxi: uix pabula possum
Mercari hybernis niuibus: quo cætera pacto
Sit uictura domus: nondum mihi constat Amynta
Quisquis amat / dominæ munuscula mittat oportet
Tu uero / cui uix tectum fortuna reliquit
Sub quo luce habitat: sub quo pernoctat egestas
Quid poteris cupidæ gratum donare puellæ?

Mittere mala decem satis esse solebat amanti:
Purpurei flores/raptus ab arbore nidus
Gramen odoriferum:memini quo tempore magnæ
Credebantur opes:uentum est a gramine ad aurum
Regia res amor est:hac tempestate/recessit
Mos uetus:& quædam mala lex inoleuit amandi

¶ Accipe rē nō auditā. Cōtinuat sermonē quē ad Amyntā habuit in quo qđ' Amyntę dicit oībus dicit qui simili capti sunt morbo Recitat ergo argumentū p re excogitatū. Nō auditū: qa falsa sūt sę pe audita. Vñ Plautus. Plus ualet oculatus testis unus cp̄ auriti de cē. i. unus qui se uidisse dicat cp̄ decē q audiuisse dici. Autūno totō di: alibi in maio tondent. Sexaginta pondo. i. libras. Mittere mala decē. Vir. in buco. Aurea mala decē misi cras altera mittā. Purpu rei flores. Idē. Tibi lilia plenis Ecce ferūt nymphæ calathis. Sed id amasij poetæ uberius dicūt. Et raptus ab arbore nidus. Idē. Parta mea ueneri sunt munera: nāc̄p notaui Ipse locū aeriæ quo cōgesse/ re palūbes. Gramē odoriferę. Idē. Tū casia atc̄p alijs intexēs suaui bus herbis. Mollia luteola spargit uaccinia caltha. Credebāt opes Vñ. Qui potuit uiolas addere diues erat. A gramīe ad aurę: Oui. Melius nūc omen in auro est. Regia res. i. regalis: quod potius di cerem: sed tñ & morbum regiū uocant: qui regalē expetit sumptū Hac tempestate: hoc tempore tribulento.

Talia suadenti toruo mihi retulit ore:
Si cupis optatam mihi fortunate salutem
Da quod amo: nostro hæc una est medicina dolori
Cætera quę memoras mihi sunt tormenta, reuelli
Ex animo furor iste nequit: ea pectora imago
Virginis obsedit: mecum est: mecum itc̄p reditc̄p
Excubat & dormit mecum: caput ossa medullas
Cor complexa potest cum sola excedere uita
Ac ueluti quotiens alieno ex arbore secto
Surculus inseritur trunco: natura duorum

Iungitur: & mixto coalescit corpore uirga
Sic dominæ dilecta mihi se immersit imago
Et fecit duo corda unum: duo traxit in unum
Pectora: sensus inest nobis quoq; spiritus idem
O me fœlicem: si cum mea fata uocabunt
In gremio dulciq; sinu: niueisq; lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret
Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet: & tristi fleret mea funera uoce
Siue ad fœlices uadam post funera campos
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad undam
Nec sine te fœlix ero: nec tecum miser unquam
O Dryades: florumq; deæ Nymphæq; decentes
O nemorum Syluane pater: seruate precamur
Collibus in uestris: gelidisq; in uallibus omne
Syluarum ruriscq; decus: circundate saltus
Sepibus: & prohibete pecus: ne floribus obsit
Ista præcor dominæ seruate in funera nostræ
Tunc omnis spargatur humus: redolentia serta
Texite: quæ circa tumulum supraq; iacentem
Componantur heram: tristes ad busta puellæ
Pierides aderunt: & lamentabile carmen
Ore canent madido: sighataq; uerba relinquent
Ista sepulturæ relegenda nepotibus olim
Hic tegitur uirgo / cui nil quin diua uocari
Debuerit deerat: nisi dura fuisset amanti.

¶ Talia suadenti. Recitat responsum misere amãtis: solã puellam deposcentis. ut Carinus Terentianus: nihil aliud uoluit nisi philomenam. Bene dicit suadenti: & non persuadenti: quia nihil efficit.

Furor iste.i.quē tu cōmemorasti & dixisti in me esse.Excubat.i.ex cubias agit:hoc est uigilat mecū. Aenei.iiij. Illū absens absentē audit q̄ uidet q̄. Id quoq; Phedria optat sibi a Thaide fieri in Eunu. Me ames:me desyderes:me somnies:me expectes:de me cogites: me speres ; me oblectes:mecū tota sis &c̄. Caput:vñ furor in amāte. Ossa ꝓpter medullas. Vir.æneī.iiij. Est mollis flāma medullas Interea & tacitū uiuit sub pectore uulnus.vñ hic addit.Cor cōplexa.Hinc em̄ dr̄ cura q̄ cor urit. Surculus.i.insita q̄ pullulat uirgula·Duo corda unū. Vñ.i.Corin.vi. Et erūt duo in carne una. Hic aūt nō ex re sed ex affectōe dr̄:quia nōdū adhæsit. Qui adhæret(ut ibidē dicit̄)meretrici unū corpus efficit̄.Et spiritus.i.animus; quia græce ανεμοσ.i.anemos spiritus seu uētus dr̄. O me felicē:graphice exprimit affectōem miseri amātis.cui dulce uidet̄ in cōplexu amatæ mori. Vir.in buco.Hic ipso tecū cōsumeret æuo Illa sua nobis &c̄.Ex Tibullo fere sumptus locus;aut ex eplis Ouidñ. Tristi uoce uenia canēdo.Siue ad fœlices cāpos.i.elysios:de quibꝫ ęnei. vi.Deuenere locos lætos & amœna uireta Fortunatorꝫ nemorū sedesq; beatas &c̄.Hos paradisum uocamus.Phlegeton fluuius infernalis ab ardore dictus.Nec sine te fœlix ero:nec tecū miser unq; Ex affectōe(ut dixi)loquitur:nō ex debito cōsilio:itaq; non est putandū eā esse poetæ mentē:Quod dico ꝓpter imperitos:qui nō discernentes qñ ex sua ſententia:& qñ ex alterius Introducti loquūt poetę:indifferenter citant quasi ita senserint. Maro aūt sentit etiā a mores perdurare postfata:vñ ait in eodē.vi.Curæ nō ipsa in morte relinquūt. Quin putauit easdē permanere affectōes dicens·Quę gratia curruū armorꝫq; fuit uiuis:quę cura nitentis pascere equos eadē sequit̄ tellure repostos.Iuxta quod dictū est: Qualem te inuenio:talē te iudico. Et ita quia æterna est dānatis peccādi libido:nō em̄ immutari pñt:merito est ętern̄ū supplicīū. Sed ad rusticū redeamus Amyntā:cui insanus amor persuasit:quod ꝓphetę diuiuitus dicēti.Nō auertas facie tuā a me:& similis ero descēdentibꝫ in lacū O dryades.i.nymphæ arborꝫ: & præcipue quercuū;quia δρυσ, δρυοσ.i.drys huius dryos quercus dr̄ . Florꝫq; deæ: quæ napeæ dicunt̄:Nymphæq;.s.aliarꝫ rerꝫ:ut montiū q̄ Oreades;& fluminū quę Naiades dicunt̄;& mariū quæ Nereides: & arborꝫ quoq; q̄ Hamydryades. O nemorꝫ Syluane pater:vñ a syluis denoiatus. Hic quoq; aduenisse dr̄ ad Gallū amore pereūtē:a Vir.in buc.vñ dicit Seruate præcamur:quia nymphæ amare & amari solēt. Seruate(inquit)decus.i.ornatum florꝫ & herbarꝫ:ne floribus obsit. Virgi.geor.iiij.Nec oues hediue petulci Floribus insultent:aut er

Cura
Surculus

Elysium

phlegeton

Dryades
Napeæ
Oreades

rans bucula cãpo Decutiat rorẽ: & surgẽtes atterat herbas. Ista. i. uestra dona dñæ nostræ. Sic em̃ & græci & latini & barbari uxores uocãt. Vnde Maro in diris. Q3 mea non mecũ domina est. Circa tumulum. Credebant em̃ in ueteri superstitione beatas animas quar3 corpora molliter requiescerent. Vnde Persius. Nunc non cinis ille poetę fœlix: non leuior cyppus imprimit ossa. Laudant cõ uiuæ. Nunc non e manibus illis fortuoata3 fauilia nascentur uiolæ? Et Iuuenalis. Dñ maiorum umbris tenuẽ & sine pondere terram: Spiranteq3 crocos: & urna perpetuum uer. Qui præceptorem sancti uoluere parentis Esse loco. Et Martia. Sit tibi terra leuis molliq3 tegaris arena. Oui. Ossa quieta p̃cor tuta requiescere in urna. Et sic humus cineri nõ onerosa tuo. Cõtra impręcat Tibullus O tu q uenerẽ docuisti uẽdere primus. Quisquis es infœlix urgeat ossa lapis. Tristes ad busta puellas. pierides. i. musæ. Iuuena. Pieri des prosit multi uos dixisse puellas. Bustũ dr̃ quasi bene ustũ: loc9 ubi urna condebat. Vrna aũt dr̃ ab urẽdo: dicta q3 ustor3 teneret cineres. Ideo aũt romani q (ut nũc faciũt) terra cõdere solebãt corpora defunctor3: ceperãt ea cõcremare: quia p bella & inuidiã erura uidebãt aliqñ ossa. Diuersitatẽ tñ hanc ex philosophis ortã putant: ut qui ex terra potissimũ sumpta putauerãt: terræ mandarẽt corpora: qui ex igne igni &c̃. Lamẽtabile carmẽ: neniam funebrẽ: aut corpore nondũ sepulto epicædion: & eo sepulto epitaphion. In Daphnide aũt dicit Maro. Et tumulo superaddite carmen. Relegenda nepotibus. i. minoribus aut posteris.

Sepulchrũ leue

Bustum
Vrna

O uirgo si te tantus consumeret ardor
Per centum scyllas ad te/per mille charybdes
Tranarem laturus opem: tu sæuior hydra
Me fugis: at culpę nihil est in uirgine: nam me
Nescit adhuc: si sciret enim succurreret ultro:
Nec puto sub miti tam ferrea pectora uultu:
Signa tamen uultus fallacia: sub cute molli
Mens fera: sub blanda sunt corda immania fronte.
Alloquar/& faciam nostros intelligat ignes:
Si tamen illa meos uultus auerterit: ibunt

In lachrymas oculi: triste in suspiria pectus
Oderit illa licet semper: fugiatq; sequentem:
Ista tamen quocunq; ferar me cura sequetur
Ite procul medicæ non sum sanabilis: artes
Ite procul magico qui (quod nec credere dignum est)
Carmine pallentes animas reuocatis ab orco
Ite procul uanis precibus qui flectere diuos
Creditis: aduersum est/& inexorabile cœlum
Me rapit impatiens furor: & iuuat ire per altos
Soliuagum montes: per lustra ignota ferarum.

¶O uirgo si te tantus. Sunt uerba Amyntæ p apostrophen puellam absentē alloquētis: Per centū scyllas: numerus finitus p infinito. Scylla autē & charybdis pericula sunt maxima in mari siculo: singunt aūt a poetis esse mōstra marina ex puellis transmutata: nā Scylla Phorci fuit filia: charybdis mulier uorax: De Scylla dixi in buco. Quid loquar aut scyllam nisi aut quā fama sequuta &c̄: De charybdi & etiā scylla ænei. iij. Dextrū scylla latus: leuū implacata charybdis Obsidet. Et ita quia ut dicit Horatiꝰ in arte. Dū uitāt stulti uitia in cōtraria currūt. Ducit em̄ in uitiū uitꝫ fuga: si caret arte. Ideo de eo qui unū periculū euitans in aliud incidit: dici solet. Incidit in scyllā cupiens uitare charybdim. Te sæuior hydra: quam hercules tandē exussit: quū amputato uno capite: illi semp bina repullulare uideret. Erat em̄ lacus quē exussit: & locū fertilē reddidit sed serpēs aquatica fingit. At culpæ: id amatorie. Nā semp amicas aut purgāt: aut nō credūt peccasse: vñ ille. Nec sit mihi credere tātum. Signa tū uultus fallacia. s. sunt. Iuue. Fronti nulla fides. quis em̄ nō uicus abundat. Triſtibus obscœnis: mens fera. Vñ notus: sed minus idoneus autor. Oīs quæ nitido uolucris plumescit amictu. Nō est si simulat uera colūba: tū Sepe sub agnina latet hyrcus pelle lycaon. Subq; Catone pio perfidus ille Nero. Si tū ille meos uultus auerterit: uidetur hypallage: ut sic si auerterit suos uultus a me. Id em̄ indignabundi faciunt: Vir. ænei. i. Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Sed quia accipiāt auerto: sicut auersor & auertor accipi solēt: p eo q̄d est p indignationē auertendo cōtemno: sicut Seruius fieri posse asserit: q̄ dicit auerto & auertor in una signi

Scylla
Charybdis

Hydra

Auerto
Auertor
Auersor

ficatõe declinari posse. Dicet recta locutio & nõ figurata: qualis est illa apud Boetiũ. Heheu q̃ surda miseros auertit aure &c̃. Vñ est frequẽtatiũ auersor: quo frequẽtius utimur. Oui. in fastis. Officio q̃ leuẽ nõ auersatus honorẽ. Medicæ artes. Vñ Apollo apud Oui diũ meta. i. dicit. Inuentũ medicina meũ est opifex q̃ p orbẽ Dicor & herbar̃ subiecta potẽtia nobis. Heu mihi q̃ nullis amor est medicabilis herbis. Nec ꝓsunt dño q̃ ꝓsunt oĩbus artes. Ite ꝓcul: qa etiã romanis erat odiosa ꝓfessio. vñ ẽnei. iiij. Magicas inuitã accingier artes. Quod nec credere dignũ est. Vñ de phitonissa q̃ Samuelẽ excierat: dubitãt theologi an Samuelẽ reuera: an nec̃ spiritũ in illũ trãsfiguratũ. q̃d Augu. potius asserere uidet. Animas reuocatis ab orco. i. ab inferno urgẽte. vñ Orcus quasi urgus a quibusdã dictus uidet. Sic in buco. Mœrim sæpe aĩas imis exire sepulchris: Atq̃ fatas alio uidi traducere messes. Vanis p̃cibꝰ. Id impie sed ex amentia amantiũ: Epicuro tñ dignũ. Soliuagũ: nõ in solo sed solũ uagantẽ. Soli aũt sibi uidẽt amãtes dũ sine amato. Per lustra ꝑ labula aut latebras. Ignota. s. hoĩbus: hoc est inuia: ænei. iiij. de Didone. Semꝑ q̃ relinqui Sola sibi: semperq̃ longã incõmitata uidet Ire uiã &c̃. Id aũt erat & est nũc huic futuræ mortis indicium.

Medice art

Orcus

Soliuagum

Talia iactantem uerbis conabar amicis
Flectere: sed uulnus nihil insanibile curat.
Illum per campos nox intempesta silentes
Illum exorta dies inter dumeta uidebat
Insomnem semper: raro syluestria poma
Carpentem: & potu contentum simplicis undæ
Post longos gemitus: exhaustaq̃ lumina fletu
Assiduo: post lamenta & conuulsa frequenti
Pectora singultu moriens finiuit amores
Exanimum corpus tumuli sine honore relictum
Nocturnæ absumpsere feræ: uolucresq̃ diurnæ
Heu funesta lues: fatalis machina passim
Corda uenenatis penetrans humana sagittis
Aequiparans hominem pecudi: quæ pocula Circe

Mortẽ amyntæ describit ꝑ more impatientia extimatꝰ & ferẽ ut volatilibꝰ sine sepulturæ relictus

Fatu.

Quæ peiora unq; potuit dare Philtra Calypso:
Quæ styx: quis phlegeton grauior / quæ maior erinnys:
O stulti quicunq; deum dixistis amorem.
Num natura nocens deus est: ubicunq; locorum
Sit deus: est homini clemens / innoxius / æquus.
Heu miserande puer tenera sublate iuuenta.
Quæ tibi nascenti luxerunt sydera: quę tam
Noxia pars cœli est: ut te nil tale merentem
Leserit: & primis infortunarit ab annis
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit: omne
Carmen, & argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras: nisi te mors immatura tulisset.
Dignus eras hederis: dignus parnaside lauro
Nec melius cecinit pugnas ac tristia bella
Hordea & agrorum cultus & pascua noster
Tityrus: a magno tantum dilectus Alexi
Namq; tui præcox animi solertia nobis
Cognita iam pridem magnam producere frugem
Cœperat: & specimen tulerat uirtutis & artis
Non uulgare tuæ: poteras iam gloria dici
Ruris: & ætatis decus indelebile nostræ
Te Padus & nostra lugubri Myncius ore
Cum nymphis fleuere suis: ut thracius hebrus
Orphea: te tristes ouium fleuere magistri
Vt Daphnim luxisse ferunt: re pascua & agri
Vndiq;: & audita est totis querimonia campis
Spargite pastores tumulum redolentibus herbis

Atq; ſacerdotum cantus ac thura quotennis
Dicite: & æternam requiem cantate poetæ.
Tu tamen arua tenes patriæ melioris & altum Fau.
Incolis elyſium: nos hic te flemus Amynta.
Flendum hodie nobis fuerat: nam triſtia nocte
Neſcio quæ mœſtis cernebam inſomnia formis.
Sed iam ueſper adeſt: & ſol ſe in nube recondens:
Dum cadit agricolis uicinos nunciat imbres
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus:

¶ Talia iactantẽ. Fortunati eſt in ſua ꝓſona loquẽtis: & impietatẽ atq; amentiã amyntę dãnantis. ænei. i. Talia inſtanti &c̃. Verbis amicis. i. quæ amicos decẽt. Eſtem̃ amicus a, um, adiectm̃: vñ amicior amiciſſimus leguntˉ. Conabar id uere qaſine effectu conamur Sed nihil. i. nulla res: curat. i. purgat uulnus inſanabile. Nullũ tñ eſt in moribus tale ante ſuprema fata. Aut uulnus inſanabile nihil. i. nihil curat uerba. Inter dumeta: ubi dumi uel uepres creſcunt. Inſomnẽ. i. nullũ ſomnũ admittendũ: quod miſere amantiũ eſt. ænei. iiij. At nõ infœlix animi phœniſſa: nec unq; Soluit̃ inſomnos oculiſue aut pectore noctẽ Accipit. Sylueſtria poma: in ſyluis naſcẽtia Exhauſtaq; lumina. i. oculos exhauſtos. Moriens ſiniuit amores. Vñ & Comicus. Hanc niſi mors mihi adimet nemo. Dixit tñ Maro. Curę nõ ipſa in morte relinquũt. Sine honore tumuli. i. inſepultam. Fatalis machina: alludit ad equũ troianũ. de quo Maro ęnei. ij. Scandit fatalis machina muros. Fatalis igit̃ machina. i. inſtrumẽtũ ad exitũ fatale ducens. Aequiparans hoiem pecudi. Vñ fictę ſũt trãſformatões quas Circe in ſocios Vlyxis exercuit: Pſal. Homo cũ eſſet in honore non intellexit &c̃. Philtra. i. amatoria pocula ad amorẽ inducẽtia. Circe aũt & Calypſo ex odyſſea homerica notiſſimæ ſunt: ad quas Vlyxes appulſus dr̃. De Circe quidẽ Solis filia ad principiũ ſeptimi ænei. plura uidebis. Calypſo aũt (autore Heſiodo) oceani aut thetios. aut (Homero iudice) Atlantis filia: inſulã a ſe denoiatã in mari ionio tenuit: ad quã ut ulixes ut a Circe diſceſſerat naufragus peruenit: & amatorio illectus ſeptẽ annos permãſit: uixq; diuelli potuit. Philtra aũt dicunt̃ (quia philos amator dr̃) pocula aut carmina: aut alia ad amorẽ inducentia. Quæ ſtyx inſer

Amicus
Inſomnis
Philtra
Calypſo
Philtra
Styx

nalis dalus a tristitia dicta phlegeton fluuius ab ardore denoiatus
Phlegeton Erinnys dr̃ furia. Num. i. nunqd. Natura nocẽs: phisice hoc dicit
Erinnys nã uirtutes naturales deos dicebãt. Vñ Pli. li. ij. natu. histo. Fragi-
lis & laborioſa mortalitas in partes ista digessit: fragilitas suæ me
mor ut portionib⁹ quisq; coleret q̃ maxime indigeret &c̃. Vim er
go amoris cupidinẽ gñe masculino: quia deũ dicebãt. Quę tibi na
scenti luxerũt sydera. Iterꝝ fatale putat: uide ubi de fato loquuti su-
mus. Cœlũ defluit. i. benigna influentia cœli. Doctus eras: quẽuis
ergo sui tp̃is doctũ deflet: sequutus Maronẽ in Daphnide. Mors
Immaturũ Præcox immatura. i. ante maturitatẽ ueniẽs. Id em̃ dr̃ immaturꝝ q̃d nõdũ
est maturꝝ. Præcox aũt q̃d ante tp̃s maturꝝ: quasi prẽcoctũ & p̃co-
quũ. Illud aũt (inqt Quintilia.) p̃cox ingeniũ: haud temere ad fru-
Hedera gẽ puenit. qa prẽcoci ingenio præditi aut cito moriunt̃: aut studia
deserũt. Dignus eras hederis qbus coronant̃ poetę eo q̃ sunt in tu
tela liberi patris: q eis coronatus ex India redñt. Hora. Me docta-
rũ hederæ p̃mia frontiũ dñs miscẽt superis. Persius. Quorꝝ imagi
nes lambũt hederę sequaces. Iuuena. Vt dignus uenias hederis &
imagine macra. Virg. in buco. Atq; hanc sine tẽpora circũ Inter ui
ctrices hederã tibi serpere lauros. Et iterꝝ. Hedera crescente ornate
Parnasus Parnasis poetã. Dignus parnaside lauro. i. in parnaso mõte phocilidis Boe
tiã uersus: musis & apollini sacro nascẽte. Est ergo Parnasis patro
nymicũ a patria sumptũ: sed hic̃ p̃ noĩe patrio ponit̃: q̃si sit parna
sica. Nec melius cecinit pugnas: ut in ẽnei. Et agrorꝝ cultus: ut inge
Pascua or. Et pascua. i. pastores: ut in buco. Nã etiã pascua in geor. dicit.
Noster. i. nostras: hocẽ mãtuanus. Tityrus. i. Virgilius: q sep̃ Ti
tyrꝝ in primo. buco. carmĩe significat. A magno alexi. i. Augusto
Præcox solertia: qa ante barbã & specimẽ tuleras. s. præ te. aut ab
stuleras specimẽ. i. ornamẽtũ. Nõ uulgare. i. egregiũ. Cũ nymphis
fleuere: sic Maro de daphnide in daphnide. Vt thracius hebrus. s.
fluuius. Orphea. s. fleuit. ut. iiij. geor. innuit poeta. Vt daphnin: de
quo Vir. late. Spargite pastores. Sic in Daphnide. Spargite humũ
solñs: inducite fontibus umbras Pastores: mãdat sibi fieri talia Da
Epicœpium phnis. Et tumulũ facite. Et hęc pro epicædio sunt: q̃d canit̃ añ inhu
Epitaphiũ matõem. Sequẽtia epitaphñ (q̃d post inhumationẽ canit̃) uicẽ hñt
Tu tñ arua tenes. Hoc quidẽ uidet̃ minus quadrare superioribus
nã cũ furor & amẽtia at̃q; impietas in supos: & uilipensio legũ in
Amynta dixerit: & ita mortuũ: nec pœnituisse significauerit: non
uidet̃ cõgrue dicere: & altũ incolis elysiũ. i. paradisum. Sed purga
ri p̃t: tũ q̃ a pastoribꝰ hæc dicunt̃: tũ q̃ asserendo elysiũ incolere ta
Insomnia citã pœnitentiã egisse significat. Cernebã insomnia: fantasmata no

cturna q̃si futuræ lachrimatõis ꝓnostica: idq; ex superstitõe rustica. Vicinos nũciat imbres. Geor. i. Sol q̃z & exoriẽs & cũ se cõdet in undas. Signa dabit. solẽ certissima signa sequenti &c. Sed illic de ortu dicit q̃d hic de occasu. Addit em̃. Ille ubi nascentẽ maculis uiolauerit ortũ. Cõditus in nubẽ: medioq; reuulserit orbe. Suspecti tibi sint imbres. Cogere & ad caulas. i. ouilia. Vir. ĩ Sileno. Cogere do nec oues stabulis: numeroq; referre iussit. Tẽpus cogere pro cogẽdi: græca locutio: ut Et iã tempus equũ fumantia soluere colla.

¶ Aegloga quarta: quæ dicitur Alphus: de natura muserum. Colloquutores Alphus & Iannus:

TAnne caper (uideo) macer est tuus: esse solebat
TAcer: & elatis in cœlum cornibus ire
Nunc deiectus humi. flaccis piger auribus herbã
Olfacit: & summis attingit gramina labris
Languet: & ex isto languore facecia surgit Iannus
Quę quotiens memini risum ciet: edita nondũ est
Edita cum fuerit totus mirabitur orbis
Ianne soles narrare sales lepidissime & ore Alphus
Suauiloquo: dic ergo tuus cur langueat hircus?
Res non ficta (deus testis) sed facta recenter Ian.
At dulce id facinus non est narrabile gratis
Quid precij sperare licet? quæ dona reporto?
Ianne ubi congessit nidos philomela docebo Al.
Qui leuiter spondet promisso ludit inani Ian.
Qui non creditꝫ inops fidei: sed pignore tutum Al.
Te faciam. duo tela mea deprome pharetra

¶ Ianne caper. Principiũ huius æglogę ex macie capri captat occasionẽ facetæ narrationis: de pastore mercenario qui captus amore puellæ in foueam feris positam incidit: ubi inuentus & a uicinis rusticis extractus: furorem amoris non destituit: occasione cuius

graphice mulierꝫ ingenia describunt. Macer est q solebat esse acer. Et elatis &c. Vñ qd in Ecyra de hoibꝫ dr: etiã quibusdã beluis cõ petit. Profecto hoc si est (ut puto) oĩbus nobis ut res dant sese: ita magni & humiles sumus. Flaccis auribus. i. auriculis laxis & pendẽtibus quia mollibus. Herbã olfacit. Id morbi indiciũ est. Risum ciet. i. excitat: a cieo secũdæ: est em pñtis tpis. Totus mirabit orbis Rustica iactãtia ex garrulitate hoc dicit: nã si ex psona poetę dicat uere illi dici posset, Parturient montes nascet ridiculus mus. Quid em̃ mirꝫ: si rusticus imprudens in foueã cecidit? Ianne soles narrare sales. i. nõ insulsos apologos. Vbi cõgessit latinius Maro. Nãq notaui Ipse locũ aerię quo cõgessere palũbes. Nã q fere aut tẽdere ad locũ significãt: ut cõuenio: cõfluo: cõgero aduerbiũ ad locũ desiderãt: & nõ io loco. Potest tñ dici. Vbi cõgessit. i. cõcinnauit & cõstruxit postq allata fuit materies. Qui leuiter spõdet. Prouerbiale est. nã fere usu uenit ut q cito ꝓmittũt difficulter ꝓmissa exhibeãt & ecõuerso. Qui nõ credit. Alio deuerbio ex arte rhetorica rñdet Qui nõ credit inops est fidei: quia qualis quisq est talẽ iudicat quẽ libet: & ita q fidus nõ est neminẽ fidũ existimat. Deprome. i. exime duo tela. i. duo spicula aut duas sagittas: quæ sunt pastoribus apta Vir. Cum daphnidis arcum fregisti & calamos.

Deprome

Incipiam nymphæ parnasides ora mouete — Iannus
Et memorate mei dira infortunia capri
Ac philomenæos alpho concedite nidos
Conductus mercede puer præfectus ouili
Assidue pascebat oues: caprum atq capellas
Seruitium pueri nobis fuit utile: donec
Virgine conspecta: quæ tum ueniebat aquatum
Tabuit: ex illo uecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem: contemnere caulas
Cœpit: & exhausto subuertere cuncta cerebro
Cum sopitus erat poterat uigil esse uideri
Nugabatur enim quando uigilabat: inerti
Corporis officio: uoluebat somnia mente

Hunc ergo in ſaltu ludens per cornua caprum
Viminibus ualidis inter dumeta ligarat
Quarta dies hodie: tentans an uincula poſſit
Vincere ceruice ac prædure robore frontis
Queſitum interea nidos nemus omne pererrat
Corda ſubit uirgo: dilecta recogitat ora
Ora /ſinus /& quæ fari pudor /omnia uoluit
Lux fugit interea: capri redit immemor: alta
Nocte recordatus ſurgit: pauiduſq; per umbras
Dum gradítur: ruit in foueam /quæ fronde ſaligna
Captandis obducta feris & ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto
Eſt caper in uinclis /puer eſt in carcere /paſtor
Nullus oues curat: iam tertia luxerat hora
Miror: oues reſero ac numero: caprumq; requirens
Obſtupeo puerum clamo: magalia luſtro
Vera loquar magicis: ne forte liquoribus unctus
Fxtimui aſcenſo migraſſet in aera capro
Nanq; ſtriges tali fama eſt ope: nocte uagantes
Ad quædam longinqua procul conuiuia ferri
Attonitus tandem pecudes ad paſcua duco
Dumq; pedum meditãs ſubeo nemus: ecce per umbras
Ecce procul caper in dumis ſtrepit: atq; reluctans
Cornibus aduerſis contra ſua uincula pugnat

¶ Incipiam. Sic æneid. ij. Incipiam fracti bello. Nymphæ parnaſides. i. muſæ parnaſum frequentare ſolitæ. Ora mouete. Virg. Pandítæ nũc helicona deæ: cantuſq; mouete. Sed quia præcipiẽ ab Ho

ratio in arte. Nec deus intersit nisi dignus uindice nodus inciderit
Videbit quibus dā nō apta inuocatio: quia non debet deus inuocari aut induci difficultatē dissoluisse: nisi res tanta sit ut opibus humanis sciri aut geri nequeat. Verę poetæ aliqñ ridicule: aliquādo iuxta æstimationē inuocantis inuocationē faciunt. vñ Iuue. describpturus rumbū dicit saty. iiij. Incipe Calliope: licet hic cōsidere non est cantandū: res uera agit: narrate puellæ pierides prosit mihi uos dixisse puellas. Hoc aūt ridicule dicit: hic uero loquit rusticus cuiq; dicturus est res summā difficultatē habere uisa est. vñ prius dixit: totus mirabit orbis. Philomenæos quos philomena cōgessit. Cō

Tabuit
Vecors
Frigidius
Sopitus
Nugari

ductus ergo mercenarius. Seruitiū igit. i. famulatus. Tabuit. i. lenta tabe exhaustus ē. Vecors. i. praui aut puersi cordis. Frigidius. i. negligētius: sicut in re diligēti dicit p cōtrariū Maro. Feruet opus Exhausto cerebro. nimia sollicitudine effœto. Cū sopitus. i. somno obrutus erat. Poterat uideri esse uigil. Nugabat em. i. secū inaniter loquebat. Hora. Nescio qd meditās nugarę. Persius. Nugari solitos. Ludēs. i. ad ludū: ut curā animi pmeret. In saltu: in pascuis ubi pecudes saliūt. Tentās. i. periculū faciēs: quęsitū pererrat. i. pererrādo it quæsitū: nō em cōstruit prius supinū sine motu. saltē latente. Et quæ fari pudor. s. est. i. gremiū: & intra gremiū pudenda. Frōde

Saligna
Obducta
Magalia

saligna. i. salicū folijs. Obducta. i. obstructa in superficie: captādis feris. i. ad captandas feras. Iam tertia luxerat hora. s. posterioris diei Refero: recenseo aut separo. Magalia. i. casas & tuguria. Stryges: sortilegę & magicis utentes. Ad quædā longinqua. id em sibi persuadent: demonibus illusæ. Ecce. q. d. præter spem.

Terruit incautum subito feralis imago
Et nil tale ratum firmato pectore tandem
Nosco animal subiensq; rubos seco uincula runca
Sero domum rediens: uideo per pascua longe
Turbam exultantem risu iuueniliter alto
Vt prope constitimus / mecq; agnouere: salutant
Et tuus ecce aiunt puer hic o Ianne / luporum
Erutus e foueis: dum nocte perambulat agros
Incidit in casses: & sic inuentus utercq;

Et caper & pastor: caper hæc incommoda passus
Languet adhuc: puer imprudens insanior hirco est
Virgo superbiuit mox: ut se audiuit amari
Et pueri simulans curam ignorare: pudorem
Fingit: ut ad formam faciat pudor, ora sinumq;
Ornat: & in terram uersis incedit ocellis
Callida uulpina rem simplicitate gubernat
Hæc studia: hi casses: hæc sunt mulie ribꝫ arma
Ille sua sperans Galathæa aliquando potiri
Contempta mercede suos sectatur amores
Propterea plaustro, stiua, bobusq; relictis
Ad pastoris opus redeo: subiecta furori
Ista iuuentutis leuitas rura omnia uexat:

¶ Terruit incautū. Rem prosequitur. Feralis. i. terribilis: ut fera. i. mors. Nā si dicat imago feralis. i. ipsius feræ: nō uidet ratio carminis stare: nā fera primā corripit: feralis ꝓducit. ænei. iiij. Solaq; cul minibus ferali carmine bubo. Incautū & nil tale ratū. Firmato pectore tandē nosco animal. s. ubi ꝓpius accesserat. Seco. i. abrumpo uincula quibus in uepribꝫ alligatus erat. Incidit in casses: in foueā in laqueos. Oui. Incidit in casses prēda petita meos. Virgo subiuit Principium principalis narrationis. Et pueri simulans curā ignorare? Nā simulamus curā: sed simulans se ignorare curā. s. amorē. Nam simulamus id quod nō est esse: dissimulamus id quod est nō esse. Pudorē fingit. i. simulat & faciliter præ se fert. Ora sinumq; in quibus muliebris species. In terram uersis: id em̄ pudicas decet. Vnde ænei. i. Tum breuiter Dido uultum demissa profatur. Hæc sunt mulieribus arma: mulieribꝫ natura antepenultimā corripit: sed necessitate ꝓducit. Lucanus. Si qua deū soboles: si qua est mulieris origo. Sua galathea: puella lactea sed rustica. Vñ Maro. Nā q; fatebar em̄ dum me galathæa tenebat. Nec spes libertatis erat: nec cura peculi. Contempta mercede. s. quā a Ianno acceperat. Ista .s. uilis leuitas. i. inconstantia propter amores & leues mores.

Fera
Seco
Simulare
Dissimulare
Galathæc
Leuitas

Quod nequit ingeniū casus facit: o stupor/o sors Alph
Ingeniosa/o res risu celebranda bimestri
Ianne fides seruanda: ubi philomela laborat
Sed quod tam uafro memoras de uirginis astu
Retulit in mentem quæ psallere sæpe solebat
Carmina fœmineis olim de fraudibus Vmber
Dic Vmbri dic si quid habes: meditare parumper Ian.
Et uerba & numeros: Vmbri est memorabile carmen
Est ut ais: sed non gratis memorabile carmen Alph.
Quas referes grates: & quid mercedis habebo:
Accipe: promissis absoluo & spicula reddo Ian.
Dum uado ad uentrem post hæc carecta leuandū Alph
Ianne meum tu coge pecus: ne uitibus obsit
O aries aries qui tortis cornibus atrum Ian.
Dæmona præsentas: semper uineta subintras
Non sapies donec tibi fossa lumina fronte
Eruero: non sunt porrecta in iugera centum
Pascua sat: nisi pampineos populeris & agros.

¶ Quod nequit ingeniū casus facit. Interloquit Alphus ne unius sermo fastidio sit. Sēsus aūt est: multa q̄ p ingeniū excogitare neq̄as casui in mentē ueniūt. Risu bimestri. i. duos mēses durāte. Tibi philomela laborat. i. nidificat. Vñ Maro. Sic uos nō uobis nidificatis aues. Fœmineis de fraudibꝫ. Vmber homo ex Vmbria: sunt q̄ Antoniū Cāpanū intelligāt. Dic umbri. Ordo est. Dic dic inq̄ si quid habes umbri. i. de umbro aut de carminibus eius. Vir. Quin age si quid habes in me mora nō erit ulla. Et iterꝫ. Si q̄s aut Phillidis ignes: Aut alconis habes laudes: aut iurgia codri. Meditare: exerce. experire. Vir. Sylueſtrē tenui musam meditaris auena. Et uerba & numeros. Idē. Numeros memini si uerba tenerem. Nō gratis. i. non sine mercede. Promissis. s. palumbinis pullis. & spicula. i. sagittas. Dū uado ad uentrē. Hoc pfecto nimis rustice: tam ipsi ru

Bimestris

Vmber

Meditare

ſtico cõgruit facit poeta ad exprimendũ morẽ ruſticiũ. Tu coge. i. cõpelle in unũ ne diuageť. Vir. Tityre coge pecus. Ne uitibꝫ obſit depaſcendo pãpinos: aut uuas decutiẽdo, O aries aries. allocutio ruſtica ad pecus. Sic Maro ad arbores. Et uos o lauri carpam & te proxima myrte: Sic poſitæ quoniã ſuaues miſcetis odores. Non abñciť aut nec corripiť o, quia uox monoſyllaba in principio carminis poſita, Atꝫ dæmona. i. ſpiritũ malũ callidũ: qui cũ pingi uere nõ põt: cornutus tñ pingiť. Non ſapies. i. nõ eris ſapiens & fugitans malorꝫ donec ego eruero tibi lumina. i. oculos. Et hoc fronte foſſa. i. perforata & excauata euulſis oculis. Populeris. i. depræderis: ſpolies: &. i. etiã agros pãpineos. i. uineas in quibus uites ſunt quarꝫ frondes pampinos uocamus. Diciť etiã populo. Vir. ænei. Nõ nos aut Lybicos ferro populare penates Venimus &c. Coge Populeris Pampinus

Ianne recordatus redeo; ſed plurima forſan Alph.
Nondum nota tibi referam: cognouerat Vmber
Omnia quæ fas eſt homini perdiſcere; cœlos /
Sydera, tellurem, uentos, mare, flumina, fontes
Viderat & Rhodopen: atꝫ alta Ceraunia & Oſſam
Gallica regna, Ararim, Rhodanũ, Tyberimꝫ, Padũꝫ
Attica Romanis referebat carmina uerbis
Ore utrocꝫ potens: & lingua primus utracꝫ
Hunc unum nobis inuidit Græcia: & ipſi
Arcades: & Thracum ſaltus: & Theſſala tempe
Si quid erit quod forte uelis tibi notius eſſe
Candidius illius ſemper documenta ſequutus
Non procul hinc hæc ille tenet: nos ille docebit
Sed iam ſeptiſonem flatu experiamur auenam
Ante tamen nymphæ præcor ut Libethrides adſint
Præſertim quæ plus meminiſſe polymnia fertur

¶ Ianne &c. Purgata aluo redit ad narrationẽ. Viderat, hac periphraſi uideť Gregoriũ tiſernatẽ dicere q̃ ea tẽpeſtate uixerat. Nam

Rhodopea — Ἀγρυπνος .i. gregoreo ꝑcat uigilo: u gilātis aūt eſt multa uidere. uiderat g̃ & rhodopē .i. thraciā ubi rhodope mōs eſt, atq; alta cerauniа mōtes Epiri a fulminibꝫ dictos: & oſſam montē theſſalię. Ararim q a lugdunēſibꝫ nūc ſagona dr̃: uterq; aūt tā arar ſeu araris q̃ rhodanus lugdunū cōfluit: ad cuius cōfluentē erat em̃ illa ara de q̃ Iuue. Aut lugdunēſem rhetor dicturꝰ ad arā. Tyberim fluuiū hetruriæ qui romā perfluit. Padū: fluuiorꝫ regē in italia in mare adriat cū ex alpibus inferioribus incidentē. Vnde Homerus Eridanū (qui & padus dicitur) ex inferis ad ſuperos rendere dicit. Attica .i. græca: & potiſſimū attica: quia attica lingua e quinq; græcorꝫ linguis cultiſſima eſt. Romanis .i. latinis uerbis: nā aliter ea non intelexiſſet ruſticus. Ore utroq; & greco ſermone & latino. Et primus .i. peritiſſimus utraq; lingua. Hūc unū nobis inuidit græcia .i. inuide nobis eſſe conſpexit: cū ſimilem nō haberet. quod in uita Antonij cāpani etiā de turchis cōmemorant. Et ipſi arcades. Ipſi emphaſim habet. q. d. peritiſſimi muſici. Et cātare pares & rn̄dere parati Et thracū ſaltus: ubi Orpheus amphion alijq; cōplures uerſati ſūt uates. Et tempe .i. amœniſſima loca theſſalię. in quibꝫ etiā muſicus chorus uerſatus eſt. Candidus illius &c̄. Per candidū credo poetam intelligi: cuius exterior ueſtis ut carmelitis cæteris & mens fere candida eſt. Hæc .ſ. documenta umbri. Sed iā ſeptiforem .i. ſeptē foramina habentē Virgi. Eſt mihi diſparibus ſeptem cōpacta cicutis Fiſtula. Libetrides nymphæ .i. muſæ: aut libetrū locū quendā: in thracia aūt libethrū fontē in magnaſia regione theſſaliæ adiuncta incolentes. Maro. Nymphæ noſter amor libethrides &c̄. Præſertim quæ plus meminiſſe: lubaudi ceteris: alioquin dixiſſet plurimū. Polymnia πολυ .i. multū: & μνεια mnia .i. memoria. Dicit etiā Polyhymnia .i. multorꝫ hymnorꝫ ſeu laudū. Hora. Nec polyhymnia leſboum refugit tendere barbiton.

Tempe

Vmber fuit ꝓceptor Baptiſtæ Man.

Libetrides

Polymnia

Fœmineum ſeruile genus: crudele/ſuperbum:
Lege modo, ratione caret: confinia recti
Negligit. extremis gaudet: facit omnia uoto
Præcipiti: uel lenta iacet/uel concita currit
Fœmina: ſemper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contriſtat ſydere terras

Temperiem nunc̄ / nunc̄ mediocria curat
Vel te ardenter amat: uel te capitaliter odit
Si grauis est: mœret toruo nimis hernica uultu
Si studeat comis fieri grauitate remissa
Fit leuis: erumpit blando lasciuia risu,
Et lepor in molli radiat meretriceus ore:
Flet, ridet, sapit, insanit, formidat, & audet
Vult, non uult, secumq; sibi contraria pugnat
Mobilis, inconstans, uaga, garrula, uana, bilinguis,
Improba, auara, rapax, quærula, inuida, credula, mendax
Impatiens, onerosa, bibax, temeraria, mordax,
Ambitiosa, leuis, maga, lena, superstitiosa
Desidiosa, uorax, ganeæ studiosa, palatum
Docta, salax, petulans, & dedita molliciei,
Dedita blanditijs: curandæ dedita formæ
Iræ odijq; tenax, in idonea tempora differt
Vlciscendi animos: infida, ingrata, maligna,
Impetuosa, audax, fera, litigiosa, rebellis,
Exprobrat, excusat tragica sua crimina uoce:
Murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendit
Ridet amicitias: curat sua commoda tantum
Ludit, adulatur, defert, sale mordet amaro
Seminat in uulgus nugas, auditaq; lingua
Auget, & ex humili tumulo producit olympum
Dissimulat, simulat doctissima fingere causas

Ordiriq; dolos: fraudiq; accommodat ora
Ora omnes facili casus imitantia motu.

¶ Fœmineū seruile genus. Multa in muliebrē sexū supcilioſe dicū ur: quæ oīa in malas dici possunt: sed rarissime sunt bonæ sedm
Facul Lucilīū q dicit: Heu facul est hoī inuētu bona fœīa nusq;. ubi facul p facile antique dixit. Et Susaron megarēsis antiquę comedię prin ceps. Audite populus: Susaron hæc dicit filius Philini megarensis tripodiscius. Malū sunt mulieres: sed tñ o populares nō adest inue nire domū sine malo. Multa tñ etiā in sanctis literis in bonā; cō
Modo mendationē dicunt. Sed mulierē fortē quis inueniet? Modo. i. mo deratōe de qua Hora. i. ser. Est modus in rebus: sunt certi deniq; fi nes. Quos ultra citraq; nequit cōsistere rectū. Extremis gaudet: q ambo mala sunt: qa uni uirtuti duo uitia opponunt: alter; p abū
Odit dantiā: alter; p defectū peccās. Aut canis. i. canicula aut syrius. O dit p̄teritæ est uocis: & ita pducit: Nec repies apd' idoneos odio:
Hernica nisi semel apud Ciceronē odias. Nimis hernica. i. aspa: ut hernici mōtes in Italia asprimi. Grauitate remissa fit leuis: qa dū uitāt stul ti uitia in cōtraria currūt. Ducit em̄ in uitiū uitī fuga: si caret arte:
Lepor meretriceus. i. suauiloquiū & blāditiæ meretricibꝫ dignæ.
Sibi cōtraria. i. inconstās. Vñ addit. Mobilis incōstans. Aenei. iiī, Variū & mutabile sp fœīa. Impiosa. i. affectatrix imperiī. Indigna bunda: fast: diēs frequēter. Cruēta: cruoris & sanguinis appetens, & maxime (ut Iuue. docet) uindictę. Improba. i. improbāda. Aua ra: quia rapax: sed tñ inutiliter expendit. Iuue. Prodiga nō sentit pe reuntē fœīa cēsum. Ac uelut exhausta rediuiuus pullulet arca Nū mus & e pleno sp tollat aceruo. Nōunq; reputāt quāti sua gaudia cōstent. Rapax ergo ut expēdat. Querula: qa ut dicit Iuue. Aut odit
Maga pueros: aut picta pellice plorat. Maga. i. fortilega magicæ arti intē dens: ut Iuue. docet. Hic magicos affert cantus: hic thessala uendit
Lena Philtra: quibꝫ ualeant mentē uexare mariti. Lena etiā filiar; uendi trix. Iuue. Scilicet expectas ut tradit mater honestos Aut alios mo res q; qs hēt utile porro. Filiolā turpi uetulæ pducere turpē. Sup stitiosa: qd' idē Iuue. in sexta docet: ut cætera fere q hic habent. Ga
Ganeæ neæ sic & alī christiani poetę: sed ganeo primā pducit. Satyricus.
Salax Occultas ganeo pultes. Palatū docta. i. delicata. Salax. i. luxuriosa
Nil Tragica uoce. i. q̄li utunt tragici dū infortunia regū lamētant. Liti
Lud t giosa qa nulla fere causa est in q nō fœmīa litē mouerit. Nil. i. nihil
Adulatur pēdit fœdera. Ludit. i. illudit. Adulat: defert. i. clā defamat & crimē occultū pandit. Sale amaro. i. falsa & callida reprehensiōe. Semiat. i.

dispergit: in uulgus nugas. i. res friuolas. Ex humili tumulo ꝓducit olympū. i. nil sibi nō promittit posse efficere. Ora oēs (ordo) accomodat iniquā ora imitantia facili motu: omnes casus. i. euenta oīa: hoc est scit se accōmodare rebus: & ridere cum ridentibus & flere cum flentibus: immo interdū utrumq; simul.

Non potes insidias euadere: non potes astum
Vincere: tantæ artes / solertia tanta nocendi
Et quanq; uideas oculis præsentibus / audet
Excusare nefas: potis est eludere sensus
Sedulitate animi: nihil est quod credere possis
Et nihil est quod nonsi uult / te credere cogat
His facient exempla fidem: quæ crimina non sunt
Fœminea tentata manu: dedit hostibus arcem
Decepta ornatu brachi Tarpeia sinistri
Seuit in natos manibus Medea cruentis
Tindaris ægeas onerauit nauibus undas
Scylla hostem sequitur patri furata capillum
Fratrem Biblis amat, subicit se Myrrha parenti
Concubitus nati longæua Semiramis ardet
Causa necis uiri coniunx fuit Amphiarao
Occidere uiros nocturnis Belides armis
Orphea membratim Cicones secuere poetam
Cognita luxuriæ petulantia Pasiphaeæ
Phedra pudicitiam contra crudeliter ausa est
Decepit iudea uirum Rebecca: suamq;
Progeniem uelans hircino guttura tergo
Porrigit Alcidæ coniunx fatale uenenum

Decipit Hippodame patrem: Lauiuia troes
Implicat ancipiti bello: Bryſeis Achillem
Depulit e caſtris: demens Chryſeide factus
Fulminat Atrides: & ſentit Apollinis iras.
Etna genus noſtrum fœlicibus expulit aruis.

Aſtum Tarpeia

¶ Nō potes. Eandē rem pſequit. Aſtū. i. aſtutiā. Nihil eſt quod credere poſſis: qa & quanq; uideas oculis &c. Iuuena. Nihil eſt audacius illis. Deprenſis irā atq; animos a crimine ſumūt. Quę crimina non ſunt fœminea tentata manu: .q.d. Nulla nō ſunt. Tarpeia uirgo ut armillas quas in brachijs gallorū uidit haberet: tradit illis arcem capitolinā: vñ armis brachiorū obruta interijt. Dicit aūt hic brachi ꝓ brachij: qa aliter uerſus nō ſtaret. Sęuit in natos. Vir. Sæuus amor docuit natorū ſanguine matrē Cōmaculare manus. Nā

Medea Tindaris Scylla Biblis

Medea ab Iaſone ſpreta oēs cōmunes liberos præter theſſalū trucidauit. tindaris. i. helena tindari ut putabat filia: a Paride rapta aut ipſum ſecuta mille charinis a græcis repetita eſt. Scylla Niſi Magarenſium regis filia: abſciſo purpureo capillo quē pater ſacratū habuit ad Minoa hoſtē pertulit. Biblis (ut Oui. meta. ix. docet) exarſit amore Cauni fratris: a quo ſpreta in fontē ſui noīs conuerſa eſt.

Myrrha

Subicit ſe myrrha parenti. ſ. cinare: de quo li. x. Meta. quæ etiā in myrrbā arborē illic conuerſa dr. Eſt aūt in uerbo ſubicit ſyncopa. nā ſi (ut debet) ſubjcit ſcriberet eſſet poſitio breuis. fecerunt tamen

Semiramis

id alij quoq; Semiramis regina Babiloniæ & regni Aſſiriorū moderatrix: exarſit amore Nini filij quē ſe diu ſimulauerat. Iuſtin. docet li. i. Cauſa necis uati cōiunx fuit. ſ. Eriphile. de qua in thebaide Statij multa leguntur.

Belides

Belides Beli neptes: filiæ Danai fratris ægypti regis. quæ quinquaginta nupſerūt totidē patruelibus. i. patruj ægypti filijs coactæ ab eo ſed a patre qui ab oraculo habuit ſibi cauendū a tali genero perſuaſę: prima nocte oēs maritos ſuos interfecerūt prēter Hypermeſtrā: quæ Lino pepercit: a quo Danaus obtrūcatus eſt.

Cicones

Cicones mulieres thracię: ut autor eſt Vir. in fi. geor.

Paſiphae

Paſiphae uxor Minois regis cretenſiū amore tauri incenſa ſe in ligneā uaccā a Dedalo efficta induci fecit: & ſe cū tauro concūbens & poſtea cū minoe minotaurū genuit. Ordo eſt. Petulātia luxuriæ paſiphaeæ. i. ipſius paſiphaes eſt ſcz cognita.

Phedra

Phedra minois filia hippolitum priuignū cui deſponſata ſed non tradita a Theſeo fuerat: interpellauit de ſtupro: at cum ille renueret ne patri

iniurius sit: detulit apud patrē quasi ille interpellasset. Vñ credulus pater a Neptuno siue a patre Aegeo impetratis phocis marinis: belluis equi Hippoliti in furorē uersi ipsum dissoluerūt. vñ & Hippolitus ab hippos quod est equus & equa: & lyo. i. dissoluo dictus presagio quodā uidetur. Nam ab Hippolite matre id nomē prius habere potuit. Decepit iudea Rebecca uirū. s. Isaac: cuius oculi caligauerunt. suāq; progeniē. i. filiū chariorē Iacob: uelans hircino tergo. i. pellibus hircorū aut caprorū ut pilosus perciperetur: ut erat Esau. Coniunx. s. Deianyra: fatale uenenū. i. tunicā sanguine uenenato Nessi intinctā dedit Alcide. i. Herculi Alcei nepoti putatiuo. Nā amphitrionides dicit cū iouis sit filius. Hippodame œnomaihelidis & pisæ regis filia patrē decepit: quia Pelopi in perniciē patris nupsit. Erat em̄ in fatis tūc patrē decessurū quādo illa nuberet: nupsit aūt superata in curruli certamine: dolo tñ Myrtili aurigæ. Dicit etiā Hippodamia q̄si equorū domitrix. Lauinia filia Latini Turno despōsata: a matre amata: & ęneę p oracula & patris assensum troianis multis exitiū causa fuit. Briseis quę Achilli sorte obuenerat: quū abducta Chyseide q̄ Agamennoni obuenerat: hāc Agamēnon ui abstulisset: effecit ut Achilles iratus armis abstineret: multos Gręcorū interemi sineret: donec patrocli amici necē ulcisci uellet Atrides. i. filius atrei saltē putatiuus. Agamēnon fulminat. i. ira & amore ęstuat. Factus demēs chriseide. i. p amorē chriseidos: filię Chrisei sacerdotis Apollinis: qui cū infulatus in exercitū græcorū filiā repetitū uenisset: nec obtinuisset: sęui pestilētia ab Apolline impetrata: tandē eā abduxit. Sentit ergo iras Apollinis. i. pestē qua totus exercitus mulctabat. Fœlicibus aruis: paradiso.

Hippos
Lyo
Rebecca
Deianyra
Alcide
hippodame
Hippodamia
Lauinia
Briseis
Atrides
Fulminat
Chryseis

Credite pastores per rustica numina iuro
Pascua si gregibus uestris innoxia uultis
Si uobis ouium cura est: si deniq; uobis
Grata quies / pax / uita: leues prohibete puellas
Pellanturq; procul uestris ab ouilibus omnes
Thestylis & Phyllis / Galathæa / Neæra / Licoris:
Dicite quæ tristem mulier descendit ad orcum
Et rediit: potuit si non malesana fuisset
Euridice reuehi per quas descenderat umbras.

Rapta sequi renuit fessam Proserpina matrem
At pius Aeneas rediit, remeauit & Orpheus
Maximus Alcides /& Theseus /& duo fratres
Vnus equis: alter pugnis bonus atq; palestra
Et noster deus (unde salus & uita) resurgit
Hæc sunt pastores, hæc sunt mysteria uobis
Aduertenda: animi fugiunt obscœna uiriles
Fœmineas loca delectant infamia mentes
Vt semel in scopulos uento contortus & unda
Nauta scit incautis monstrare pericula nautis
Sic senior longo factus prudentior usu
Præteritos meminit casus: aperitq; futuri
Temporis euentus: uitæq; pericula monstrat
Si fugiunt aquilam fulicæ / si retia cerui
Si agna lupum / si damma canem / muliebria cur non
Blandimenta fugis: tantum tibi noxia pastor?

¶ Credite pastores. Cõuertit sermonẽ ad pastores: quoꝝ docendi gratia hæc de fœminis dixit. Per rustica numina. Id antique nisi ad deũ & sanctos quibꝫ arua custodiæ sunt referamus. Thestylis &c̃ Harꝫ eĩm meminit Virg. in buco. dicens. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. Allia serpillũq; herbas cõtundit olentes. Et iterꝫ: Iã pridẽ a me illos abducere thestylis. Itẽ. Phyllida mitte mihi me us est natalis iola: & Phyllida amo ante alias: nam me discedere fle uit. Itẽ. Malo me Galathea petit lasciua puella. Et. Huc ades o Gala thea &c̃. Ille Neærã Dũ fouet. Itẽ. Tua cura lichoris Perq; niues alum perq; horrida saxa secuta est: Dicite. Ingeniosa excogitatio. Raptæ leguntur mulieres ab inferis: & uere raptæ. sed nõ rediisse. Euridice Orphei coniunx cum eam Aristeus pastor insequeretur a serpente qui in herbis delituit extincta: ab Orpheo cytharæ bene ficio redempta ab inferis fuit: ea lege ut eã nõ respiceret: quod tñ fe cit: vñ reuerti coacta est. quod. iiij. geor. ad finẽ graphice describit:

Thestylis

Euridice

& a Boetio nō ſegniter. Proſerpina cereris filia a Plutone ſurrepta & a Cere re matre inuenta: redēpta fuiſſet ſi nihil apud inferos guſtaſſet: ſed granū pomi guſtauit ut nō rediret. Vnde Virgi. geor. i. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrē. At pius Aeneas redīt: poſtq̄ illuc duce Sybilla patris uidendi gratia, deſcendiſſet. ut. vi. ænei. late dr. Remeauit & Orpheus relicta tñ coniuge. Maximus Alcides. i. Hercules ut perithoum redimeret. Virgili. Quid theſea magnū: quid memorē Alciden? Et duo fratres: unus. ſ. Caſtor: tñ Vir. ponēs nomē p̄ noīe dixit. Domitus pollucis habenis. Alter pugnis. ſ. pollux. Fratres gemini in cœlū trāſlati. ubi geminos cō ſtituūt ſignū tam latū: ut dū alter occidat: alter oriri incipiat. Vñ fabulę locus eſt: ut alter mortalis quippe a Tindaro genitus: alter immortalis ut ab Ioue ſatus dicat: ſed mutua charitate ita deuicti: ut immortalitatē cōmunicarent & altero moriēte alter reuiuiſcat. Vnde. vi. ænei. Si fratrē pollux alterna morte redemit: Itq̄ reditq̄ uiā totiēs. Melius aūt legit alter q̄ alius: qa alter de duobus. alius de pluribus or. Et noſter deus: dñs noſter Ieſus Chriſtus qui deſcēdit ad inferna: & tertia die reſurrexit a mortuis. Aduertēda, cōſideranda. Animi uiriles fugiūt obſcœna: naturaliter quidē. Vſq̄adeo ut qui nō fugiūt effœminati dicant aut muliebres. Vñ eſt illud Ennij apud Ciceronē in primo de officijs. Vos etem iuuenes aīos geritis muliebres. Illaq̄ uirgo uiri. Fœmineas loca delectāt infamia mentes: id quidē de turpibus uer eſt. Vt ſenior. Vult ſibi in ea re experto fidem adhibere: ſicut nautis ueteranis de periculis marinis creditur. Fulicæ aues ſunt marinæ. Docet aūt beluas prudenti ores in fugiendis nocuis ac inſidioſis q̄ nos ſimus.

Proſerpina

Gemini Caſtor & Pollux

Alter
Alius

Fulicæ

Eſt in eis pietas crocodili: aſtutia hyenæ
Cum flet & appellat te blandius: inſidiatur
Fœmineos paſtor fugito (ſunt retia) vultus
Non animis: non uirtuti: non uiribus ullis
Fidito: non clypeo cuius munimine Perſeus
Vidit ſaxificæ colubros impune Meduſæ
Monſtra peremerunt multi: domuere gigantes
Euertere urbes: legem impoſuere marinis
Fluctibus: impetui fluuiorum. & montibus aſpris

Sacra corona fuit multos certamina: sed qui
Cuncta subegerunt/sunt a muliere subacti
Rex qui pastor erat: funda spolioq; leonis
Inclytus & natus: qui templa sionia fecit
Primus: & excellens inuicto robore Sanson
Fœmineum subiere iugum: minus officit ignis
Saxa minus/romphea minus/minus hasta/minus mors
Nec formæ contenta suæ: splendore decorem
Auget mille modis mulier: frontem ligat auro
Purpurat arte genas: & collocat arte capillos
Arte regit gressus: & lumina temperat arte
Currit ut in latebras ludens perducat amantem
Vult dare: sed cupiens simplex & honesta uideri
Denegat & pugnat: sed uult super omnia uinci
Fœmina deciato (res mira) simillima uento est
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.

Crocodilus

¶Est in eis pietas crocodili. Crocodilus aīal est terrestre & aquatile: crescit ex minimo ad decem & septē & amplius cubitos: quibus dam ægyptioꝝ crocodili sacrosancti sunt: quibusdā non sunt: sed ueluti hostes exagitant. Vñ Iuue. Crocodilū adorat pars hæc. Est aūt hæc belua quæ oua parit instar anserinoꝝ: cōtra fugaces terribilis. cōtra insequētes aūt fugax: hebetes oculos habet in aqua: extra aquā acerrimi uisus est. Conspecto homine emittit lachrymas mox appropinquantē deuorat: vnde factū est prouerbiū: Lachrymæ crocodili: de his qui sub specie pietatis homines fallunt. Graphice ergo dicit. Est in eis pietas crocodili: Hyena aut anīal est in Aphrica pcipue nascens. Vtrāq; ei naturā esse nōnulli existimant & alternis annis marē: alternis fœminā fieri. Hoc Aristote. negat. Collū ei & iuba continuitate spinæ porrigit: flectiq; nisi circūactu totius corporis nō potest. Humanū sermonē inter pastoꝝ stabula assimulare dicit: nomēq; alicuius discere quē foras euocatū dilace-

Hyena

ret: uomitiqnē etiā hoīs imitari ad ſollicitandos canes quos inua
dit. Solet p̄terea id aīal ſepulchra eruere ut corpora inquirat. hæc
Sipōtinus. Ob quę recte dr̄ aſtutia hyenę. Fidito. i. cōfidito. Nō cli
peo. ſ. cryſtallino ipſius palladis: cuius munimine ꝓtectus Perſeus Fidito
Meduſam interemit e cuius ſanguine natus fingit pegaſus equus
alatus. Erat aūt Meduſa una triū gorgonū q̄ unū habuiſſe oculū
quo uiciſſim uterent dicūt: hoc eſt unionē ſeu margaritā: erat aūt Meduſa
pulcherrima. Vñ ſe inſpiciētes in ſtuporē traxit. & ita in ſaxa uer
tere dicta eſt. Hanc em̄ uiſam Neptunns ardēs amore in tēplū uſq;
palladis inſecutus illic oppreſſit. vñ irata dea ipſius capillos q̄bus
neptuno placuerat in angues mutauit: deditq; ut oēs eā inſpiciētes
in lapides uterent. Perſeus aūt dr̄. Danaes Achriſij regis argiuo Perſeus
rū filię ab Ioue opp̄ſſę filius. Mōſtra premerūt multi: ut Hercules
Theſeus & Perſeus. Domuere gigātes: ut dij in bello gigāteo: &
Hercules Anteū in Lybia: & Gerionē in Hiſpania: Cacū in Italia:
& alios alibi. Euertere urbes: ut Scipio Carthaginē in Aphrica: &
Numantiā in hiſpania: Græci Troiā: & alij alias. Legē impoſuere
marinis fluctibꝰ: ut Cęſar & Auguſtus lucrino lacui: Xerxes q̄ pō Xerxes
tē ſup mare extruxit & cū dirutū uideret flagellis cedi iuſſit. Et mō
tibꝰ aſpris: ut idē Xerxes q̄ Anthon montē eq̄uit ſolo: & ꝓ parte
nauigabilē fecit. Iuue. Velificatus anthos. dr̄ aūt aſpris p̄ ſyncopā Anthon
ꝓ aſperis. Sed q̄ cūcta ſubegerūt. Iu. in. vi. Nunc patimur lōge pa
cis mala: ſęuior armis Luxuria incubuit & uictū ulciſcit orbē. Rex
q̄ paſtor erat. Dauid. funda q̄ Goliā ſtranit: ſpolioq; leonis: quē ſe
adhuc paſtorē interemiſſe dicit. Inclytus & natus. i. filius ei⁹ Salo
mon q̄ tēpla ſionia. i. hieroſolymitana. Nā ſion principalis ꝑs hie Sion
roſolymę eſt. De his in libris regū: & de Sanſone in li. Iudicū dr̄.
Romphea: q̄ angelus a paradiſo terruit. Plebei ac triuiales ſūt uer Romphea
ſiculi. Adā Sanſonē Loth Dauidē Salomonē Fœia decepit: quis
modo tutus erit? Frontē ligat auro: qd̄ crinale uocāt: aut reticulo
aureo ſeu aurato. Purpurat. i. purpureas facit: hoc eſt rubicūdas:
arte. ſ. fucatoria. Lumina. i. oculos. Currit ut in latebras ludēs per Purpurat
ducat amantē. vñ poeta: Malo me galathęa petit laſciua puella: Et
fugit ad ſalices: & ſe cupit ante uideri. Aut ad eā reſpicit. De q̄ Pro
uer. vij. mixꝫ in modū graphice loquit Salomon: Omitto uerba
quia in manibus ſunt. Vult dare. ſ. ſtuprū & copiā ſui. Sed uult ſu
per omnia uinci: ut uim ſibi illatā dicat. Cæciato uēto. Cęcias em̄ Cæcias.
trahit ad ſe nubes quas alij uenti propellunt.

Quiſquis es (expertus moneo) tentare recuſa

Dum licet: hic fragilis quot habet fastidia sexus
Immundum natura animal: sed quæritur arte
Mundicies: id luce opus est: ea somnia nocte.
Deglabrat: lauat & pingit: striat: ungit & ornat:
Tota dolus: tota ars: tota histrio: tota uenenum
Consilio speculi gerit omnia: labra mouere
Discit: & inspecto uultum componere uitro
Discit blandiri: discit ridere: iocari
Incedens humeros discit uibrare / nateſq;
Quid sibi uult nudum pectus: quid aperta superne
Rimula: quæ bifidam deducit in ubera uallem:
Nempe nihil / nisi quo uirus penetrabile sensum
Plus premat & stigiæ rapiant præcordia flammæ
Hi iuuenum scopuli / syrtes / scyllæ atq; charybdes
Hæ immundæ Phinei uolucres: quæ uentre soluto
Proluuie fœda thalamos / cœnacula / mensas
Compita / templa / uias / agros / mare / flumina / montes
Incestare solent: hæ sunt Phorcynides ore
Monstrifico: extremis libyæ quæ in finibus olim
Aspectu mutare homines in saxa solebant.

¶ Quisquis es (expertus moneo) parēthesis est: tentare. i. attentare & periculū facere recusa. Dū licet: vñ Dum licet indigno subtrahe colla iugo. Et iterꝝ. Principijs obsta: sero medicina paratꝫ. Dū mala p lōgas cōualuere moras. Fastidia. i. supbos cōtemptus. Immūdum natura aīal: si animo uituperādi hoc diceret ineptiret: nā si natura immūdæ: & cura ac arte mūdæ sunt: in hoc ueniūt laudandæ ꝙ arte naturā corrigūt: uerꝝ aīo dehortādi ab earꝝ illecebris & fucata uenustate id dicit. Id luce opus est. i. nihil aliud faciūt noctes & dies; siue noctu & interdiu. Deglabrat: leuē & glabrā facit cutē ru

Tentare

Fastidia

gis & pilis amotis. Striat:in tricas colligit capillos. Tota.ſ.es:aut exiſtens dolus:tota hiſtrio:ludia & ſcurrulis: tota uenenū: ꝙ urit ꝙ uidendo fœīa:& tactu inficit. Vñ quidā. Eſt tactu uiſcus mulier uiſu baſiliſcus. Humeros diſcit uibrare:id nimiū petulātes faciunt quæ humeros agitāt ſicut in amplexu:nā honeſtas matres ſtudēt eſſe dimiſſis humeris, & nates.i.clunes. Satyricus. Tremulo deſcē dunt clune puellę. Rimula.i.fiſſura ueſtiū in ſinu inter māmillas:q̄ deducit in biſidā.i.in binas partes diuiſam. Virus.i.uenenū quo uiſa inficit. Flāmę ſtygię.i.infernales:potius dixiſſem phlegetōteę Præcordia ſunt tenues mēbranę circa cor:q̄ dicunt affectionū ſiue paſſionū ſedes. Hi iuuenū ſyrtes.i.breuia uada arenoſa in q̄ qui in ciderit difficulter euadit. Allegorice ergo ſumma pericula intelligit:ſicut ſunt ſcylla & charybdis in mari ſiculo. Immundæ phinei uolucres.i.harpię de quibꝫ ęnei.iñ. Excipiūt ſtrophades graio ſtāt noīe dictæ:Inſulę ionio in magno:q̄s dira celeno. Harpiæq̄ colūt aliæ phineia:poſtq̄ Clauſa domus:mēſaſq̄ metu liquere priores: Triſtius haud illis monſtrū:nec ſæuior ulla Peſtis:& ira deū ſtygiī ſeſe extulit undis. Virgineos uolucrꝫ uultus fœdiſſima uētris. Proluuies uncæq̄ manus. & pallida ſemꝑ Ora fame. Phineus aūt rex Archadiæ liberis nouercā ſubduxit:eoſq̄ ut illi cōpleat excœcauit. Ob quā rem irati dñi ei oculos ſuſtulerūt:& immiſerunt harpyas q̄ illi cibū abriperēt:qđ & diu fecerūt:ſed ꝙ argonautas hoſpicio ſuſceperat miſerūt ad eū Zetū & caloim Boreę regis ac uēti thraciæ ac orithyiæ ab eo raptæ filios:iuuenes elatos:qui eas ad ſtrophadas uſq̄ pepulerūt. Cœnacula altiora domus:aut ꝑ locis in quibꝫ cœnat. Inceſtare.i.polluere & nō caſtū reddere. Æneī. vi. Et totā incœſtat funere claſſem. Hæ ſunt phorcinides.i.gorgones. Oui. Finibus extremis libyes ubi feruida tellus Accipit oceanū de miſſo ſole calentē Squallebant late phorcinidos arua Meduſæ.

Harpiæ

Phineus

Cœnaculū

Inceſtare

Carmina docti loqui curſim recitauimus Vmbri

Per Vmbrū intellige Gregoriū Tiſernum: ut ipſemet autordixit Thomæ wolphio iuniori mātuę

Que ſi uiſa tibi nimium prolixa /memento
Ipſius id rei uitium non carminis eſſe
Non longum eſt carmen:mulierum amentia longa eſt
O memorande ſenex quo ſe uetus umbria tantum Ian.
Iactat:& ipſe tuæ tyberis conterminus urbi
Martia non abre tantum te Roma uocabat:

Ipsa tuas artes: & non triuialia notat
Carmina: te uita functum fleuere latine
Naiades & graiæ: tua molliter ossa quiescant
Semper: & in summo mens aurea uiuat olympo.

¶ Carmina doctiloqui. Hunc (ut dixi) licet aut Antoniū Campanū intelligere: aut Hetruscū petrarchā: aut aliū quēuis ea tēpestate doctū. Ipsius id rei: cōtra artē ꝓducit syllabā: nā quintæ declinationis nō ꝓducūt e ante i nisi præcedat i, & ita rei spei fidei plebei penultimā corripiūt. Possumus uersum emēdare sic. Ipsius esse rei uiuū nō carminis illud. Nō longū est carmē. vñ Martia. Nō sunt lōga quibus nihil est quod demere possis, Martia Roma, aut bellicosa olim: aut Martē autorē habens. vñ Liuius in prefatōe: Sicut populo licere oportet cōsecrare origines suas & ad deos referre auctores: ea belli gloria est populo romano ut cū suū cōditorisq; sui parentē Martē potissimū ferat: tā hoc gentes humanę patiunt æquo animo cū imperiū patiunt. Et nō triuialia: nō uulgaria. Vir. Nō tu in triuiis indocte solebas Stridēti miserę stipula disperdere carmē. Te uita functū. i. defunctū. Latinæ naiades, i. fluminū ac fontiū ita licoręnymphæ: propter sermonē latinū. & graiæ. i. græcię propt græcū. Tua molliter ossa quiescant. Vñ prius ubi de sepulchro leui locuti sumus disseruimus. Hoc ad ueterę pertinet superstitionē. nā uerius Maro dicit. Facilis iactura sepulchri. Et Seneca. Quid refert humi an sublimi putrescam: Mens aurea. i. pulcherrima uiuat olympo. i. cœlo: hoc katholico uiro dignū est. Olympus aūt Macedoniæ mōs altissimus ꝓ cœlo a græcis potissimū poni solet.

Naiades Graiæ

Olympus

Aegloga. V. quæ dicitur Candidus: de consuetudine diuitum erga poetas. Colloquuto res Syluanus & Candidus.

O Candide nobiscū pecudes aliquādo solebas
Pascere: & his gelidis calamos iflare sub umbris
Et miscere sales simul & certare palestra.
Nunc autem quasi pastores & rura perosus
Pascua sopito fugis: & trahis ocia cantu.
Vos quibus est res ampla domi: qbus ubera uaccæ Can.

Plena ferunt:quibus alba greges mulctaria complent
Cymbia lacte niuent:& pinguia brandia fumant
Carmina laudatis,si quid concinnius exit
Plaudítis:ac læti placidas extenditis aures
Pro numeris uanas laudes/& inania uerba
Reddítis:interea paſtor ſitit/eſurit/alget/
Nonne poteſt curare greges/& dicere uerſus Syl.
Cum uacat:& poſitis uitam traducere curis
Omnẽ operã gregibus paſtorẽ impddere oportet Can.
Ire/redire/lupos arcere/mapalia ſepe
Cingere:mercari paleas & pabula:uictum
Quærere:nil ſupereſt oci. laudabile carmen
Omnem operam totumq; caput Sykiane requirit
Grande utrunq; opus eſt:& noſtris uiribus impar
Cum cecini/ſitio:ſitienti pocula nemo
Porrigit:irrident alij:tibi penula dicunt
Candide trita:genu nudum:riget hiſpida barba
Iam ſyluę implumes & hyems in montibus albet
Iraſcor/doleo/indignor/fert omnia uictus
Lanicium/fœtuſq; mares:non uendimus agnas
Sed quia lac paſcunt:præmitur nihil.ubera ſiccant.

¶Candide nobiſcũ &c̃. Argumentũ huius æglogæ eſt deteſtatio tenacitatis diuitum in poetas: quorũ ingratitudine & auaritia aurea uena in poetis extinguitur. Per candidum aũt mihi ueriſimile ſit poetã poſſe intelligi:per ſyluanũ quẽuis diuitẽ auarũ. Inducit tñ utrũq; pãſtorẽ. vñ dicit:Sub his umbris.q.d.ſub quibꝰ ſumus:nec quicq; aptus ſyluano q̃ eſſe in ſyluis. Eſt aũt fere eadẽ ſarrago quę in Iuue.ſaty.vij. Et miſcere ſales.i.lepores ſermonis. Sopito.i.op-

Mulctralia
Cymbia
Concinnius

Mapalia

Penula

Victus
Lanitium

presso & neglecto cātu: quæ res doluit syluano. Nam diuites auari licet nihil conferāt in poetas bonos: admirant tñ eos: & oblectā tur eoꝝ carminibus. vñ Iuue. in dicta saty. Spes nulla ulterior: di dicit nā diues auarus Tantū admirari. tantū laudare disertos. Vt pueri Iunonis auē. i. pauonē admirant & laudāt: quia laudato ni hil porrigūt sed si possunt plumas auferūt. Plena ferūt. Maro si gni ficantius distenta dixit. alba greges mulctralia: hoc est uasa in quæ mulgetur lacte albicātia. Cymbia. i. uasa incurua in morē cymba rū facta. Carmina laudatis: sicut iam Iuue. dixit. Si quid concinni us. i. modulatius: & ut Persius. Si quid tibi aptius exit. Plauditis. i. applauditis uanas laudes: quia nihil cōmodi afferētes. Nā ꝓbitas laudatur & alget Alget: quia nudus & ita algore conficit. Iuuen. Tędia nūc subeūt animos: tunc secꝫ suāꝫ Terpsicorē odit facūda & nuda senectus. Et post. Necꝫ em̄ cantare sub antro piero: thyr sumue potest cōtingere sana Paupertas: atꝫ æris inops. quo nocte dicꝫ corpus aget. Satur est cū dicit Hora. Ohe &c̄. Omnē operā gregibus. Iuue: pectora nostra duas nō admittētia curas: Magnæ mētis opus nec de lodice parāda Sollicite currus & equos faciesꝫ deoꝝ Aspicere &c̄. Mapalia. i. casas & tuguria, Sepe sepemēto ab latiu⁹ est a ntō sepes. Nil supereſt oci: ꝓ ocij. Enūerat aūt negocia pastoralia: uolēs a consili etiā alia intelligi. Tibi penula. i. uestis ex terior attrita. Syluæ implumes. i. folijs spoliatæ. Fert oīa uictus. i. aufert: sicut Maro. Oīa fert ętas animū quocꝫ. Victus aūt. i. necessi tas edendi ut uiuas. Aut uictus. i. cibus quo uiuas. fert. i. absumit. Lanitiū. i. lanā & fœtus mares. i. arietes & hedos ac coreatos reli quos. Nō uendimus agnas: quia ad futurā ꝓpagationē recipiunt eas. Lac pascunt. i. fugūt & absumūt quo pascunt. Præmitur nihil .i. nō fit caseus mollis. Maro. Et pressi copia lactis. Vbera siccāt: ex Marone est: ut alia multa.

Pœnitet ingenij si quid mihi / pœnitet artis
Pœnitet & uitæ: postꝫ mihi nulla secundant
Ex tot syderibus quot sunt in nocte serena
Hactenus (ut posti) gratis cantauimus: ætas
Indiga paucorum merces fuit: altera longe
Conditio senij: quod nunc subit: omnium egenos
Reddit: & extinctis lucri spem uiribus aufert
Mox erit utendum partis: modo quærere tempus

En formica breuis: sed prouida bestia condit
In brumam noua farra cauis æstate latebris
Neue renascantur: fruges secat ore sepultas
Scire genethliacos fatalia sydera dicunt Syl:
Hi sub Mercurio uates: & sub Ioue reges
Magnatesq; locant: istis dat Iuppiter aurum
Atq; magistratus: dat Maiæ filius illis
Ingenium /linguam /cytharas /& carminis artem
Hæc tua sors: quid quæris opes? deus omnia in omnes
Diuidit: ut melius nobis uidet esse futurum
Sorte tua contentus abi: sine cętera nobis
Sunt tibi diuitiæ /mihi carmina /quid petis ergo? Can:
Carmen? & inuadis partes Syluane alienas?
Non tibi surripio carmen: nec Apollinis arma Syl:
Sed dare dulcisonis aures concentibus opto
Si gaudere meis igitur concentibus optas Can.
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est
Ille meis opibus gaudet qui diligit: odit Syl.
Inuidus: atq; animo bona fert aliena molesto
Sic quoq; tu nostris absens gaudere camœnis Can.
Sat potes: hæc artis sat sint tibi gaudia nostræ
Carmina sunt auris conuiuia: caseus oris
Si cupis auditu fac nos gaudere palato
Hoc amor /hoc pietas /hoc uult deus /omnia non dat
Omnibus: ut nemo sibi sit satis: indigeatq;

Alter ope alterius: quæ res coniungit in unum
Omne genus: Gallos / Mauros / Italos / & Iberos:

¶ Pœnitet ingenij. Prosequit Candidus q̃relas suas. Pœnitet ingenij. i. habere ingeniũ ad carmẽ aptũ. Si qd mihi. s. est ingenij. Multa secundãt. i. ꝓspera sunt: ut uẽtus & fluctus secundus. i. sequẽs & a tergo ueniẽs uauigãtibus. Quot sunt. i. apparẽt. Nõ em̃ ꝓ̃a sunt gratis. i. sine mercede: sed ætas. s. iuuenilis.

Indiga

Indiga. i. indigẽs pauco rũ: nõ em̃ subiecta est morbis: nec tãto eget munimẽto cõtra frigora. Quod. s. seniũ: nũc subit. i. subrepit nõ aĩaduertentibus nobis. Omniũ egenos reddit. uidimus Iuuenalẽ. Extinctis uiribus aufert spem lucrãdi. Mox erit utendũ partis. i. acqsitis in iuuẽta. Nũc q̃re re ꝓ querẽdi. i. acquirẽdi tẽpus: subaudi est. En formica. Salomon Prouer. vi. Vade ad formicã o piger: & cõsidera uias eius: & disce sapientiã. Quę cũ nõ habeat ducẽ nec p̃ceptorẽ nec principẽ: parat in ęstate cibũ sibi: & cõgregat in messe q̃d comedat. Et. xxx. Formicæ populus infirmus qui p̃parat in messe cibũ suũ. Hora. ser. i. Sicut paruula (nã exẽplo est) magni formica laboris. Ore trahit q̃d cunq; põt: atq; addit aceruo Quẽ struit: haud ignara ac nõ incauta futuri. In brumã. i. ad breuissimũ diẽ ut est in solstitio hyberno. Ordo est. Cõdit. i. abscõdit ęstate in cauis latebris farra noua. Neue ꝓ neq; & ne renascant. i. germinent: secat ore. i. germẽ auferẽdo dirũpit. fruges sepultas. i. absconditas in terris. Genethliacos. i. de genesi & natiuitate iudicantes: qui inspecto natiuitatis horoscopo futuram uitã prædicũt. Hi. s. genethliaci & mathematici locãt sub mercurio. i. hora nascẽdi quę Mercurius denoĩatur. Vates. i. ꝓphetas & poetas & oẽs prudentes catos & ingeniosos. Et sub Ioue reges & magnates. vñ scd'm Homerꝝ in iliade Honor aũt a Ioue est Maiæ filius. i. Mercurius: dat illis. s. uatibus sub se natis ingeniũ & ita uult eos cõtentos esse debere sua sorte dicens. Sorte tua contentus abi: fine. i. derelinque cætera. i. diuitias & opes: nobis. s. qui ingenium & carmis artẽ nõ habemus. Quid petis ergo carmẽ? Subtilis obiectio. Nõ tibi surripio carmẽ. Callida quoq; respõsio: nec apollinis arma: cytharã cuius est inuẽtor: ac cætera instrumẽta musicalia: quia in medio residẽs cõplectitur oĩa phœbus. est em̃ princeps musicorꝝ: Hora. lyræ solers & cãtor apollo. Vñ scd'm Pliniũ carmen heroicum oraculis apollinis debemus. Et ideo illi Augustus ædem consecrauit ad quã carmina phœbo digna ferantur. de qua Persius. Ad sacra uata carmẽ affero nostrũ. Et Iuue. Et musarꝝ & apollinis æde relicta &c̃. Si gaudere: rursus acris obiectio & subti

Formica

Bruma
Condit
Neu
Genethliacos
Vates

lior purgatio: sed subtilissima rursum reiectio. Carmīa sunt auris cōuiuia: caseus oris. Pulchrū & prouerbiale id est. Quæ res cōiungit in unū. Id uere dicit: nā propter egestatē & mutua auxilia sunt inter uarias nationes commertia. Iberos .i. hispanos. Iberos

Sydera iungamus: facito mihi Iupiter adsit
Et tibi Mercurius noster dabit omnia faxo
Pilleolum / uirgam / cytharas / nodum Herculis / alas.
Vana superuacuis inculcas plurima uerbis Syl.
Vana inquis: quæ damna tuis inferre uidentur Can.
Diuitijs: si uis nostras audire camœnas
Erue sopitam de sollicitudine mentem
Vult hilares animos tranquillaq; pectora carmen
Torpeo: ut esuriem patiens & frigora miluus
Iam dudum squarrosa cutis: sit occupat ora
Nec pecus in stabulis: nec in agro farra: nec aurum
In loculis: & uis positis me uiuere curis
Non facit ad nostros talis medicina dolores
Fac alacrem: tege / pasce / graui succurre senectæ
Inuenies promptum uersu: & cantare paratum
Plena domus curas abigit: cellaria plena
Plena penus: pleniq; cadi: plenæq; legenæ
Horrea plena: greges læti: grauis ære crumæna
Tunc iuuat hybernos noctu uigilare decembres
Ante focum: & in cineri ludos inarare bacillo
Torrere & tepidis tostas operire fauillis
Castaneas: plenoq; sitim restringere uitro
Fabellasq; inter nentes ridere puellas

Tityrus(ut fama est)sub Mœcenata uetusto
Rura/boues/& agros/& martia bella canebat
Altius:& magno pulsabat sydera cantu.
Eloquium fortuna dabat:nos debile uulgus
Pannosos macie affectos:farragine pastos
Aoniæ fugiunt musę:contemnit Apollo.

¶Sydera iungamus.i.Iouẽ cũ Mercurio.i.cõmunica mihi dona Iouis:& cõicabo tecũ dona Mercurij. Faxo.i.faciã ut mercurius noster.i.poetarũ pr̃ & ingenij largitor. Det tibi pilleolũ.i.galeũ q mercurio assignat:qp sp̃ fere radijs solaribꝫ q̃si galero tect⁹ sit. Virgã.i.caduceũ:vñ Maro ænei.iij. Tũ uirgã capit,hac aĩas ille euocat orco Pallẽtas:alias subtristis tartara mittit.Dat somnos adimit qꝫ & luĩa morte resignat.Illa fret⁹ agit uẽtos.& turbida tranat Nubila.Id aũt ex ultio iliados sumptũ uidet:q locus sic uersus est. Tũ uirgã capit. hac oculos deus excitat ipse. Hac dulces suadet sõnos & luĩa claudit. Macro.li.i.saturnaliũ scribit caduceũ duobꝫ draconibꝫ ornatũ fuisse.mare & fœĩa in nodũ obligatis inuicẽ ꝓte media uoluminis sui. Vñ Martia.li.vij.Cyllenes cœlicꝫ decus facũde minister: Aurea cui torto uirga dracone uiret. Cytharas:qa tetra chordiũ inuenit.i.librã q̃ttuor chordarꝫ cũ Apollo.vij.chordarꝫ inueniſſet.vñ Hora.li.i.car.Curuæcꝫ lyræ parentẽ. Nodũ Herculis.i.inextricabilẽ qualẽ Hercules inuenit:q nec principiũ nec exitũ habere uidebaĩ:qui tñ dissoluerit diues erãt . Hũc in caduceo iã ex draconibꝫ cõsertũ diximus. Alij herculanũ nodũ dicũt nõ ab Hercule inuentũ:sed a Mercurio. Verꝫ ab Hercule dissolutũ.nõ q̃dẽ arte sed ui:q̃d & Alexandrũ magnũ feciſſe dicũt. Vtercꝫ tñ & mercurius merciũ & mercatorꝫ deus & hercules:diuitias qbus fauẽt conferre dicunt. vñ Hora. Diues amico hercule. Et Persius. O si sub rastro crepet argẽti mihi seria dextro hercule. Antiqtas em̃ (ut scribit Diodorus)fabulata est herculem dixisse postcꝫ ad deos trãslatus erat:q sibi decimã bonorꝫ dicarẽt uitã felicẽ uicturos. Quod Lucillus ditissimus & alij romanorꝫ plurimi fecerũt uscꝫ adeo ut ex decimis illi templũ egregiũ trans tyberim edificauerũt. Per nodũ ergo intelligã difficultatẽ acquirẽdarꝫ diuitiarꝫ:q̃s utercꝫ cõfert. Mercurius quidã uaframẽto & ingenio cato: Hercules ui:q aurea mala abstulit, Alas:quibus a dijs ornatus mittit:ut.iij.ænei. Hic primũ

Faxo
Pilleolum
Cythara
Nodus Herculis
Lucillus

paribus nitẽs cyllenius alis Cõstitit &c. Vult hilares aĩos. vñ Oui. Carmĩa ꝓueniũt aĩo deducta sereno. Squarrosa cutis. Squarrosi dicunt q̃ꝝ cutis exurgit ob assiduã illuuiẽ. Luci. Veroꝝ ac rapicũ squarrosa incõdita rostra. Promptũ uersu. i. ad uersum: uideri põt dũs antiquus. Plena domus. s. diuitiarꝝ: abigit curas: quod tñ multis cõtra euenit. Nã dicit Iuue. Crescit amor nũmi quãtũ ipsa pecunia crescit. Hordea plena: legã melius horrea plena. Greges læti: id est pingues: qui læticiã afferũt dñis. aut bene curati. & ita reuera lęti. Grauis ære crumena. i. marsupiũ: ut quidã dicũt. Aere: pecunia: ꝙa ærea primũ fuit. Vñ ærariũ: quẽ uiscũ nũc appellãt. Ludos inarare: id securi faciũt rustici diuinare faciẽtes quẽ sulcũ tetigerint. Bacillo: paruo baculo: & dr̃ in ntõ hoc bacillũ. Tityrus. i. uirgilius. Farragine: pulmẽtario ex farre facto. Aoniæ quæ in Phocidis mõtibus quos Aones olim habitauerũt frequentes sunt.

Squarrosi

Crumena

Aerarium

Bacillo

Farrago

Aoniæ

Si sperata mihi dederit fortuna quod opto: Syl.

Candide presenti te sollicitudine soluam:

O utinam Syluane foret tibi tanta uoluntas: Can.

Quanta est hac etiam tibi tempestate facultas.

Non ego diuitias Cosmi: non serica posco

Pallia: non tyrias chlamydes: non prandia regum:

Non patinam Esopi fameo, clypeumue Mineruæ

Nil opus est regis laribus, cui ferrea nomen

Tradidit: aut si mens non fallitur: ænea barba

Hæc me iam pridem memini didicisse sub Vmbro

Postulo uestitum peto uictum sub lare paruo

Certior istud opis toti non defore uitæ

Sint mihi Pythagoræ mensæ: Codricꝝ supellex

Sæpe alios qui spem dederint inuenimus ore

Magnificos: sed re modicos: tibi fidimus uni

Tu mihi si fueris mendax. præciditur omnis

Spes: ut solstitio fiam philomæna reuerso

dictū est. Denicꝙ apertos bacchus amat colles. Et melior legitur libycis de collibus. i. libyā: hoc est meridiē respicientibus: aut reuera de libycis intelligit ob eandē rē. Est melior taxus: docet Batrachus nō esse responsum ad rē: qa licet ad austrū uersa uitis sit melior: nō tñ continuo melior est pecori auster cꝫ eurus. sicut licet taxus q̄ frigora scd'm Maronē amat. Dicit aūt. ñ. geor. Aptos bacch⁹ amat colles: aquilonē & frigora taxi. præstātior est ad boreā: nō statim tñ ad boreā est melius pecus. Sermonē de uite facis. Argute taxat eos ebrietatis & uinositatis: qa ex abundantia cordis os loquitur Quasi legibus isdem: aut potius ñsdē grex & uitis eant. qd' esse negat: qa sæpe ubi maior copia uini: minor est pecoꝝ. Innuēs ꝓ hoc uini copiā officere castitati religiosoꝝ: nā uēter mero æstuās facile despumat in libidinē: ut autor est Hiero. Nec q̄d discrimē. i. q̄ differentia. s. sit: & cꝫ noxius. i. nociuus auster sit pecori. Disce a Roma si noxius auster. Id quidē manifestū: qa eo flāte uarij generā t morbi. Cur mutinēsis agri pecudes sunt uellere fusco. i. subnigro. Cur clitumnus habet niueas. s. pecudes: sed & iuuēcos ac taurꝰ qbus in triūphis utebant. vñ Maro geor. ñ. Hinc albi clitū ne greges: & maxime taurus Victima sæpe tuo ꝓfusi fluīe sacro: Romanos ad tēpla deū duxere triūphos. Clitumnus aūt fluuius est in Meuania quę ꝑs est umbrie partis tuscię. de q̄ fluuio dicit Pli. in natu. histo. cp aīalia q̄ eū potauerūt albos fœtus ꝓcreant. Cur Mantua molli lanitio excellit? Est tñ in Euganeis mollior: sed uicini sunt. Verona cꝫ ꝓxima manto. i. mātuæ urbi. Vsurpatiue dixit māto: qa nō utimur nisi ntō actō & vtō in o: & gtō in us a græcis in o longū exeūtibus: ut māto mantus. Candide utrūq; pedū. quia deposuerāt pedū. i. baculū pastoralē: sed nō lōge a se reiecerāt: ne a uerbis ad uerbera ꝓuenirēt: monet sedulus pastor Bembus secrete Candidū: ut utriusq; pedū subter sarmēta recōdat. Sarmēta aūt (quia nō oēs gallicū noscunt) sunt putamina & resectamenta uitium.

Clitumnus

Manto

Sarmenta

Bembe mihi tecū sermo est dū uiximus una Bat.
Dum commune pecus nobis fuit: heu mihi quantum
Dedecus: heu quot sunt pecudes incommoda passæ:
Nec mersare gregem fluuio: nec uellera certis
Temporibus (sicut mos est) tondere licebat
Nudabant spineta pecus: nudata secabant

Terga rubi: scabie cutis aspera: tabidus humor
Pestis: & in totum serpebant ulcera corpus
Multum igitur refert pecudes quæ pabula carpant
Flumina quæ potent: & qua regione morentur
Dic mihi dic: Myrmix priscum cur lana colorem
Perdidit: hæc gregibus quidnam noua uellera fecit:
Cur pecus est nigrum: quod erat melioribus annis
Clarum: immutarunt mutati uellera mores
Bembe ad te redeo: paucis absoluere nitar
Sed quo digna omni tua sit sententia laude
Vera loquar: tu iura tenes: ego facta docebo
Iudicium reddit uerum enarratio uera
His animaduersis ægre tot damna ferentes
Venimus ad fontem: riuumq; a uertice summo
Scrutari mihi cura fuit: tu prouide Myrmix
Interea nidos auium: uel dorcada paruam
Venabere: tuæ quæ dona darentur amatæ
Bembe uides ut aperta in me conuitia torquet Myr.
Auguror: ista manu lis est non ore agitanda
Mos mihi non lingua maledicta refellere dextra
Batrache ne uerum taceam: linguosior æquo es Can
Iurgia bilem acuunt: conuicia pectus acerbant
Non tibi cum puero res est: nec homuncio Myrmix
Res male tuta uiros lingua irritare proterua
Da ueniam Myrmix: amitam proferre uolenti Batra.
Nescio quis mihi misit in os malus error amatam

Do ueniam: caue ne rursum mē uoce lacessas Myr.

¶ Bembe mihi tecū sermo est. q. d. in hoc hoīe nihil uideo ratiōis: dū uiximus una. i. priusq; p reformationē (ut aiūt) a nō obseruantibus seiuncti sumus. Hey mihi quantū dedecus: heu q̄t sunt pecudes incōmoda passæ. q. d. maxima & innumera. Nec mersate gregē fluuio. i. debitā curā animis adhibere. Nudabāt spineta pecus. i. mūdanæ cogitatiōes & cōuersationes: nā litera (ut dicūt) aperta est. Tabidus humor: uitiū carnis. Multū igit refert. i. distat ad rem facitq; pabula: de spiritualibus intelligit. Priscū cur lana colorē p didit: quia prius ut ex alueis cōprobauerūt obseruātes usi sunt uestibus piceis seu grysеis: qualibus adhuc in nōnullis utunt fratres illiterati q̄s cōuersos uocāt. Noua uellera: q̄a tūc nigra sunt intrinsecus indumēta: q̄d factū dicūt ut unius uideant gregis: quia em̄ piceus color ut in fratribus diui Francisci uidemus: iā uarius est: conclauserūt in nigrū immutare. quē de obseruātia italica respuūt putātes naturalē & sine fuco factū magis cōgruū religioni: q̄d & Maro censuit dicēs: Nec uarios discet mūtiri lana colores. Veritas em̄ p̄stat mēdacio. qđ erat melioribꝰ annis clarꝫ. Si de exteriore loquitur nō uideī ꝓcedere: q̄a oēs adhuc candidā seruāt chlamidē. Dicamus ergo clarꝫ. i. subnigrū: qui respectu plane nigri clarus est. Vellera uulgo gemino ll scribit: q̄a tn̄ a uelando uenit potest simplici l scribi. Vera loquar. Oratorie iuxta rhetorꝫ p̄cepta prę se fert fiduciā. His aīaduersis. s. malis q̄ pecori obuenerāt: uenimꝰ ad fontem. s. religionis uel dorcada. Dorcas græce dr̄: latine caprea. i. capra syluestris. Tu ꝓuide: ironicos id refert: tuæ q̄ dona darēt amatę. Id amare: sed utinā nō uere. vñ myrmix Bembe uides &c̄. Mos mihi nō lingua maledicta refellere dextra. Id aūt acerbius cōtra se fatet. Myrmix. i. nō obseruās: ut se longe a dñico cōsilio abhorrere significet: q̄ auferēti palliū docet potius tunicā addere q̄ in pugnā ꝓcedere aut litē inutilē fouere. Verꝫ q̄a neutrꝫ decēt cōuitia accedit Candidus bene fungēs officio suo: q̄a candidus dr̄ oīs liuoris expers. linguosior. i. uerbosior æquo. i. q̄ æquū & honestū est. Iurgia bilē. i. colerā quę stomachū mouet: q̄a sermo durus suscitat furorē. Nec homūcio Myrmix: id iucunde: q̄a Myrmix (ut dixi) formica interp̄tat: cui robur ꝓ modulo corporis maximū inest: quia grana maiora se infert interdū in oua sua: se quoq; maiora trāsfert Viros. q. d. animosos & mares aīos. Amitā ꝓferre uolenti. Amita patris est soror: ut matertera matris: cui honestius q̄ amatæ mittantur munera. Cætera nota ut hæc fere nota putem.

Dorcas

Bilis

Amita

Matertera

Alueus excelsa saliens de rupe lacunam
Foderat: & clausis ripas æquauerat undis
Gurges erat textu syluarum umbrosus opaco
Densaq; sepierant tristem spineta lacunam
Mille uenenorum species in gurgite uidi
Mille secus ripas opaco margine mille
Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu
Obstupui & rapido rediens ad ouilia cursu
Incipio paleas furca uersare tricorni
Ecce caput tollit coluber: linguaq; trisulca
Sibilat: inflantur fauces: nepa liuide tendit
Brachia: uentrosus profert uestigia buffo
Vipera per stipulam gradiens strepit: o loca dixi
Non pecori tantum: uerum & pastoribus ipsis
Noxia: mox grege diuiso de sedibus illis
Pascua quæsitum tristis meliora recessi
Percq; iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos: ubi prima suos aurora colores
Explicat: & croceos phœbi redeuntis ad ortus
Hic mihi fœcundæ pecudes: hic pascua læta
Et sine labe liquor: dulces sine crimine lymphæ
Hæc loca primæui sunt quæ coluere parentes
Signa casæ superant: puteus: carioq; ligna
Fixa solo: seiuncta pedum discrimine septem
Et focus: & lacera quæ cingitur area sepe

¶ Alueus excelsa. Docet Batrachus quid in fonte uiderit: dicens

Alueus. i. riuus saliens de excelsa rupe: foderat. s. præcipiti casu: la cunã. i. receptaculũ aquarũ & sordiũ: & æquauerãt &c. Gurges. i. uortex aquarũ: spineta. i. spinæ densa sepierãt. i. sepimẽto quodam clauserãt. Ego uidi mille species uenenorũ. i. paruarũ traditionũ & malorũ meorũ: ad. i. iuxta lymphas. i. aquas. i uidi fontẽ primæ religiõis penitus infectũ. Obstupui &c. furca tricorni. i. tria cornua habenti. Nepa liuida. i. scorpius hñs uenenũ liuidũ sub cauda. Sed hic dicit liuida brachia. i. chelas liuẽtes: uẽtrosus. i. hñs magnum uentrẽ. Bufo. i. rana uenenosa. Vipera. i. aspidũ pessima sic dicta q̃ ui pariat: quia nõ põt ædere fœtus suos quos ore cõcipit & patrẽ cõcipiẽdo necat: sed ipsi uicini patrui aut iã maturi ad partũ dẽtibꝫ secãt uentrẽ maternũ: & ita uipa necꝫ patrẽ necꝫ matrẽ uidit unq̃ incolumẽ: q̃d benignitate naturæ in nos efficit: ne tã noxia pestis multiplicet. Pascua q̃sitũ tristis meliora recessi. Quæsitũ supinũ est. i. ut quærã aut q̃siturus meliora pascua. Vñ docet obseruãtes discessisse, ppter prauos nõ obseruantiũ mores. Percꝫ iter antiquũ. i. iuxta traditionẽ primorũ patrũ. In cãpos ubi prima suos. i. orientẽ uersus: sicut prius dictũ est adortũ. Croceos ortus phœbi. i. solis. Hæc loca primæui sunt q̃ coluere parẽtes. Manifesta est ergo allegoria: nã p̃ orientẽ & eurũ purã & salubrẽ significat uitã: q̃ meridionalẽ plagã & austrũ: uapidã & mollẽ: ut uẽtus ille plũbeus & tepidus est. Signa casæ. s. pastoralis: carioſaq̃ ligna fixa solo: seiũcta pedũ discrimie septẽ: tm̃ em̃ spacij cellis singulis cõgruit. Et foc⁹. s. coĩs q̃ ignis souet: & area. i. locus spaciosus in medio clausstri: circũ quẽ porticũ & deambulacra faciũt: cingit sæpe lacera: allegorice ꝑcat clausstrorũ muros dirutos & puios a nõ obseruãtibꝫ factos.

Alueus
Gurges
Nepa
Bufo
Vipera

Cura uiris leuibus rerum solet esse nouarum — Myr.
Propterea certe noua pascua quæris & amnes
Fingis inauditos: & uis nouus auctor haberi
Cura uiris grauibus rerum solet esse suarum — Batra.
Propterea Myrmix nimis a grauitate recedis
Hæc nouitas non est nouitas: sed uera uetustas
Religio & pietas patrum instaurata resurgit
Quam tua corrupit leuitas: & nota tuorum
Segnities: igitur si quis labentia tecta

Erigat: & sterilem qui mansuefecerit agrum
Iudice te damnandus erit: non ponitur arbor
Altera: sed ueteri inseritur bona uirgula trunco
Segne prius lignum nostro sit fertile cultu
Quis pingue tuo pecori sit gramen & unda Myr.
Defecata/tamen multæ cum matribus agnæ
Interiere: lupi & pastæ meminere uolucres
Hæ fateor quæ dira tuæ contagia pestis Batra.
Accepere: etiam procul aspicientibus obsunt
Tantum uirus inest: uestri uis tanta ueneni
Propterea magis atq; magis discedere semper
Est animus: patitur pecus hęc incommoda nostrum
Sola: q; in uastam nondum discessit eremum
Nec satis a uobis procul in deserta recessit
Batrache de gregibus mētiris plurima nostris Myr.
Certe alienarum tibi cura superflua rerum
Et temere assumis partes censoris iniqui
Cur mihi qui pasco: cuium pecus: ista tueri
Non licuit: solis ne dom us mea cognita uobis

¶ Cura uiris leuibꝰ. Quanq; id strenue canit Batrachus ne res nouas dicat molitus: tñ cū aliud non posset: id falso obiecit myrmix. Et uis nouus autor haberi: hoc eis adiicit q ad reformationē alios uocāt aut cōpellūt. Cura uiris grauibꝰ: subtilis respōsio deuerbiū deuerbio recondēs. Hec nouitas nō est nouitas. i. quā dicis nouitatē nō est nouitas: sed uera uetustas. Vñ manifeste dicit religio & pietas patrꝫ instaurata. i. in statū & formā priorē reducta (vñ uerius

Segne dī instauro q; restauro) resurgit. Et nota tuorꝫ. s. cōfratrū qui mansuefecerit agrū: redit ad trāslationē ꝓpter sæpedictā causam: ne uidelicet nō pastoralis agat res Segne. i. tardū & insœcūdū q; uis pin-

gue. Docet etiã inter eos qui se obseruãtes dicũt adhuc esse morbi/dos & mlios interisse. Ad q̃d Batra. Hę fateor. i. fateor q; hę oues interire q̃ dira tua cõtagia pestis accepere. i. q̃ infectæ ad nos uenerũt: nec se purgari ꝓmiserũt. tantũ uirus. i. uenenũ q; in uasta nondũ discessit eremũ. i. q; nõdũ penitus a cõmunõe uestra discessit Dicit aũt eremus sine aspiratiõe: gñe fœmi. & media lõga: quę tria in uerti solent. De gregibus mentiris plurima nostris: cũ aliter se purgare nequeat ad cõuitia refugit Cur mihi q̃ pasco cuiũ: dictũ id puto ꝓ cuiũcuiũ. i. cuiuscũq; pecus: ista tueri. i. ꝓspicere q̃ tu mihi obiicis. solis ne domus mea cognita uobis. i. uidetis ne uos soli infecũ onem (ut dicitis) domus meæ quam nos ignoramus. Eremus

Aethyopes una quoniam nigredine sordent — Batra.
Ille color nulli uitio datur: omnibus idem
Vultus: & alterius si quis reprenderet ora
Et sua damnaret: pecori pecorisq; magistris
Fex eadem; scabies eadem; cutis & color idem
Parcite; iam satis est lis intellecta: diesq; — Bem.
Inclinata cadit; iam post iuga summa ruit sol
Audite o magni generis longæua propago
Lite super uestra quæ sit sententia nostra
Batrache me audaci totiens sermone lacessis — Myr.
Non ego: sed non æqua magis te causa lacessit — Batra.
Iudicium q; timet sibi mens male conscia iustum
Quando inimicitias tempus deponere; rursum — Can.
Vestra nouas lites uecordia suscitat; ergo
Perpetuis hæc rixa odijs æterna manebit?
Quæ uos debilitas capitis; quæ insania uexat?
Non pudet his uti tanto sub iudice nugis?
Ergo animis audite æquis odijsq; sepultis
Vltima doctiloqui quæ sit sententia Bembi

Ferte per antiquos patrum uestigia gressus Bem.
Et ueteres seruate uias: reuocate uagantes
Per ualles & saxa greges: per lustra ferarum
Figite in antiquis iterum magalia campis

¶ Aethiopes una. Graphice docet quare illi nō uideant suā deformitatē suaq; uitia: quia oēs tales sunt. Ille color, s. niger: sex eadem eadē infectio. Quia uero ad manifesta usq; conuitia processum est ne ultra progessio fiat dicit Bembus. Parcite. i. abstinete a cōuitijs: quia lis est iam satis intellecta. Diesq; inclinata cadit. Audite o magni generis longæua propago: quia eos ab antiquitate laudat: timet iamdudū Myrmix causæ suæ: vñ nō attendit ad iudicē: sed ad conuitia dicta dicēs: Batrache me audaci totiēs sermone lacessis. i. prouocas ad irā. Nō ego. s. te lacesso: sed magis. i. potius lacessit tę causa. s. tua nō æqua. i. iniqua. Iudiciūq; timet sibi mēs male cōscia iustum. Multæ & egregię ubiq; sunt sentētiæ quas memoriæ commendasse ꝓfuerit. Interloquit Candidus qui director uidet utrorūq; litigantiū: quia pro eis iudicem delegit. Quādo. Ordo est: qñ tempus. s. est deponere inimicitias: tūc. s. uestra uecordia. i. peruersitas cordis suscitat rursum nouas lites. Ergo: indignanter id dicit. Non pudet his uti tanto sub iudice nugis? Magnificat auctoritatē iudicis: ut sententiæ & ab eo datæ maius sit pondus. Ergo quia id decentius & honestius est q; odijs progredi: animis audite æquis odijsq; sepultis. i. sopitis & oppressis. Vltima. i. (ut dicunt) definitiua sententia. Est aūt hæc. Ferte per antiquos &c. incedite more maiorū uestrorū. Reuocate uagātes per ualles. i. qui oberrāt a Carmelo: qui mons est. i. a uera religione in carmelo instituta: intelligere aūt potes molliter uiuētes. Et per saxa. i. dura & aspera mundanarum curarū: & per lustra ferarū. i. per lupanaria: quia meretrices lupæ quæ feræ sunt dicuntur. & lustra ob id etiam lupanaria. Secluſa aūt allegoria remotiore manifeste uult errantes in pernicioſis institutis & moribus ad rectam reduci religionē quę antiqua est: vñ concludit. Figite in antiquis iterum magalia campis. Magalia (ut dixi) & mapalia Pœnorū lingua sunt tuguria & quasi pastorales casæ. Vult ergo præstare in antiqua uiuere paupertate; dūmodo sancta maiorum suorum seruent uestigia.

Lustra

Magalia
Mapalia

FINIS

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITÆ IN LAV dem Ioannis Baptistæ pro natali eius carmen.

Agnifer ærerna iuuenis digniſſime uita
Ante deum præco: luciſer ante diem
Nam puerum ſupra puerilem gratia ſenſum
Te tulit: ut fieres nuncius ante diem
Sancta tuis hodie libamina ponimus aris
Et damus infectos thura ſabęa focos
Scilicet ut uitæ caſus expertus iniquos
Auxilio generi ſis memor eſſe tuo
Hæc eſt illa dies: qua primæ gaudia prolis
Accepit ſenio feſſus uterq; parens
Magnus es: & ſancti retines loca prima ſenatus
Et prope uirgineum crederis eſſe latus
Et tibi ſe præfert: niſi ſint oracula uana
Omnis in ætherea ſancta caterua domo
Nec putat indignum toti qui præſidet orbi
Quod iuuenis tetricos poneris ante ſenes
Illic in precio uirtus: contemnitur ætas
Nec quantum: ſed quo uita ſit acta modo
Iure igitur propter meritum præclaraq; geſta
Te decorat primo turba beata loco
At te uirginea uenit puer inſitus aluo
Et ſine uocali protulit iſta ſono
Naſcere magne puer: propera digniſſime natum
Secla noua & legem nuncia adeſſe nouam
Et genus humanum ueracibus argue dictis
Et ſolymas gentes ad uada ſancta uoca
Diuitias alijs perituraq; regna relinque
Et niſi cœleſti non memorare bono
Premia terrenæ mentes terrena ſequantur
Regna manent alio nos meliora loco
Noxia multiuolæ fugias conſortia turbæ
Sit tua ſylua domus: terra cubile tuum
Hiſpida ſylueſtres tibi dent uelamina capræ
Squaleat intonſis os iuuenile cornis
Recole iordanis fruticantia flumina: tollat
Vnda ſitim: gramen ſiue locuſta famem
Vade prior: præcede meos noue luciſer ortus
Iam meus auroræ limina pulſat equus

Ibimus: & tecum simul illustrabimus orbem
Luce noui solis syderibusq; nouis
Dum complexa senem mater: uirgunecula matrem
Colloquitur: puero tradidit ista puer
Dum populo sacri cæneres noua dona lauacri
Ad uada quæ geminis multiplicantur aquis
Ille puer factus iam corpore maior & annis
Suppositit digitis ora lauanda tuis
Iure igitur tua nunc adeunt altaria turbæ
Et tibi iure dies ista dicata fuit
Nam deus illorum ne sint iubet irrita uota
Arma clientelæ qui subiere tuæ
Nos quoq; ne mores damnare putemur auitos
Verbenis gerimus tempora cincta tuis
Sic saueas nobis: ut te ueneremur oportet
Nec precibus debet ulla repulsa dari
Exorare fauę miseris: pia uota secunda
Voce: oculis tibi cor supplicat atq; manu
Ista dies alijs fac sit fœlicior. adsis
Omnibus: & clemens ad tua templa ueni
Si tamen est quisq; qui orare procaciter ausit
Auferat indignas mobilis aura preces
Hic petet annose longissima tempora uitæ
Alter amicitiam principis: alter opes
Forte erit & uetitos demens qui quærat amores
Et dominum mitem postulet esse sibi
Parce iuuentuti: sed luxuriantia muta
Pectora: fert iuuenes impetus atq; furor
Orabat pluuiam rapido qui leditur æstu
Forsitan hoc omnes fœmina uirq; uolent
Vix ferimus rapidi flagrantia sydera cancri
Nec pater extinguit Iupiter illa tuus
Iam renouat ueteres tellus exusta querelas
Et puero currus extimat esse datus
Arescunt gelidi fontes moriuntur & herbæ
Perdidit infœlix pascua læta pecus
Hanc igitur minui si quis rogat imbribus æstum
Agnifer illius sunt bona uota: faue
Des petit absentis reditum noua nupta mariti
Et gemit: & supplex ora pudica mouet

At mulier grauida quæ pignora ſuſtinet aluo
Nouaq; iam celeri luna propinquat equo
Da facilem dicit iuuenis ſanctiſſime partum
Ponere cum uentris pondera tempus erit
Languidus auxilium medicæ cui defuit artis
Te uocat: & tremulis uocibus ambit opem
His ergo non moueor: nec me terrena remordet
Cura: polos ultra mens animoſa uolat
Hæc alijs dentur: meus id ſublimius ardor
Et bona contempto uult meliora ſolo
Vna potens res eſt me reddere ſola beatum
Quæ tibi per uerſus fiet aperta duos
Eſſe tuo coram uultu deus optime rerum
Semper: & aſpectu liberiore frui
Hoc peto: tu ſanctos inter digniſſime ciues
Hoc hodie uotum ne ſit inane faue
Sit puerile licet: gratum tamen iſtud habebis
Carmen: & ut uenias in mea uota præcor.

FRATRIS BAPTISTÆ MANTVANI ORDINIS CARmeli ꝓfessoris, de uita beata libellus incipit fœliciter.

FRater Baptista Petro spagnolo patri suo salutē plurimā dicit. Ocioso mihi aliquid ad te scribere nuper in mentem uenit. Et quū diu mecū ipse cogitassem vñ possem exordiū sumere etin materiam sane pulcherrimā oīmq; cognitione dignissimā incidi, Ea est uita beata: q̄ qa ab oībus amari debet: nec amari pōt nisi prius cognita fuerit: nō inutile mihi uisum est: si qdnā ea sit: & quibꝰ gradibus cōpareī aperuissē. Cur uero hūc libellū ad te potius q̄ ad aliū miserim: duabus potissimū causis factū est. Primo ut q̄le esset genꝰ exercitationū mearꝝ agnosceres: & ne frustra me hactenus triuisse tēpus forsitan existimares. Secūdo ut de re tā exq̄sita & immortali deo q̄ gratissima: ad egregiū mihiq; charissimū uirꝝ scriberē. Ego em̄ q te mihi charior sit inter mortales habeo neminē nec tñ uelim ut a me p̄clarissimū qd expectes: nā neq; hāc materiā tā diffuse ut tractari posset dicendā assumpsi: in q̄ diligēter explicanda Marcus Tullius Cicero facūdiæ suę neruos cōtendere posset. Sed ingenij tenuitati cōsulēs multarꝝ sentētiarꝝ floscŭlos sūmatim delegi: & huic libello inserui q̄s legēs ipse agnosces. Et qm̄ ego semp̄ animaduerti dialogorum stilū pene oībus esse gratiorē. Ciceroniano more duos colloquētes introduxi. Gigonē. s. & Adrianū. hūc de uita beata interrogantē: illū uero interrogāti respondentē. Et qa forsitā hi hoīes q̄ sint ignoras: breuiter aperiendū est. Gigo integerrimæ uitæ hō est q̄ tres & septuaginta natus annos in nostra religiōe cōsenuit. Multę sūt in eo uiro lr̄æ & sapiētia: q̄lis in Catone fuit multa rū usu cōparata. Hinc in qbus rebꝰ beata uita cōsistat ꝓbe nouit. Adrianus iuuenis optimæ indolis: cuius integritatē in hoc uno ꝓpēdas: q̄ a p̄dicti senis latere nūq̄ discedat. Nō em̄ est credibile eū uitā prauā esse q̄ bonorꝝ sp̄ conluedine utī. Finge itaq; hos duos post prandiū moderate sumptū: & post cōpletas gratiarꝝ actiōes in hortulū secedere: & sub umbra patulę arboris inter odoriferas herbas deambulantes: hoc pacto cœpisse ratiocinari.

ADRIANVS

Rogo te pater si me amas: ut q̄ post q̄ iuuētutis annos ingressus sum: semp̄ beate uiuere desideraui: quænā sit in hoc mūdo uita beatior apias. GIGO. Dū qs uiuit beatā uitā fili ne dixeris. Est em̄ illa Nasonis poetæ rata sn̄ia: Sed. s. ultima semp̄ Expectāda dies homini est: diciq; bt̄ūs Antę obitū nemo sup̄maq; funera debet. Solō uir ille sapiētissimus q̄ leges athenięsiū cōdidit: neminē in uita fœlicē uocari debere putabat. Quis tā uecors est: ut nō agnoscat q̄ pa-

rũ: fœlicitatis in hac uita futurę sit in quã dũ intramus primum oĩm flere di
scimus? Quis sine lachrymis uitę pñis curriculũ trãsit? Quã si cõsideremus
cę sit breuis & incerta ꝓculdubio Antho. Crassum imitaremur, quẽ nunc
risisse Solinꝰ meminit. Si forsitan alicui diutius fortuna blandit, nõ tñ impu
nitũ abire ꝑmittit, & quãto tardior tãto grauior ꝓcella succedit. Referũt hi
storiæ Polycratẽ Samioꝝ tyrannũ aduersam fortunã haud semel expertũ,
qui ne oĩs esset exps incõmodi annulũ aureũ in mare ꝓiecit: quẽ breui post
ꝑpe dũ cœnaret in piscis uentre forte reperit. Sed qđ deus distulerat nequa
abstulit, nam extremo uitæ suæ ꝑpe cruci turpiter affixus est. Quo fit, ut uul
gare prouerbiũ nõ sit oĩno uanũ, Quod differẽ inquã nõ aufertur. ADRI.
Vera sunt quę dicis, sed ego uitã beatã uoco illam quã si quis in hoc mũdo
uiuat, possit olim uitã immortalẽ, quã nostri æternã uocãt adipisci. GI. Ha
beo, sed longiusculæ disputatiõis locũ adducis in aliud tẽpus quo plus oci
nacti erimus differendũ. ADRI. Obsecro ne molestũ tibi sit qđ sentias dice
re, non peto ut oĩa cribratim inquiras, sed tantũmodo sequaris reꝝ summe
uestigia. Hoc em̃ a te discere cupio, a quo multa subtiliter disputata, multa
etiã sapiẽter prudẽterę iudicata cognoui. Et da ueniã, si uirtutẽ tuã laudaue
ro, quotienscũę tuis disputatiõibꝫ interfum, Catonẽ illũ de senectute dispu
tantẽ uideor uidere, nec minꝰ dicta tua obseruo, ę olim seruari solebãt Del
phici numẽ Apollinis. GI. Si tanto desiderio afficeris audire meã de hac re
sententiã, tuæ uoluntati (quantũ in me erit) morẽ gerã. Atę utinã ego is es
sem qui aliqđ dignũ expectatiõe tua cõmemorare possem. ADRI. Volo sa
ne ut hoc negociũ suscipias pater nisi forsitan tibi graue sit. GI. Quid inquis
hactenus nil graue mihi uisũ est, ę uis magnũ qđ aliquis fratę honesto desi
derio cõpulsus me poposcerit amicitiæ firmissimũ fœdus est idẽ uelle idẽę
nolle. ADRI. Loqueris ut sapientẽ decet, nec aliter ę loq̃ris te factitasse exi
stimo. Sed priusę ulteriori loco ꝓcedamus, tria sunt q̃ peto. Primo qđ sit ui
ta fœlix, secundo in qbus rebus cõstet: postremo si qui sint qui hac tẽpestate
talẽ uitã uiuant. Hic nostræ disputatiũculæ sit tripartitus ordo. GI: Possem
tibi multas huius uitæ beatæ definitiões adducere, a diuersis autoribꝫ diuer
sisę in locis auditas. Sed ne te multis morer, q̃ pacto ab Anneo Seneca diffi
niã accipe, ego em̃ cũ illo sentio. Beata (inqt) uita est illa quæ in recto certo
ęi iudicio stabilita est & immutabilis. ADRI. Si placet inter nos ea lex esto,
ut q̃tienscũę aliqđ obscurioris inter dicendũ acciderit, interpellare possim.
Solet em̃ plærũę accidere ut dũ uerbũ obscuꝝ ꝑtermittit, inde clarꝝ oĩe id
qđ sequit nõ intelligat, dũ auditoris animus ambiguo dicto repcussus hesi
tat, nec põt illud ex memoria repellere. GI. Placet qđ dicis, laude dignus es,
audacter loq̃re. Luxuria a mẽbris, ignorãtia a mẽte fugãda est, ut Pythago
ræ placet. Ego semper in adolescẽte futurę ꝓbitatis uerissimũ signũ iudicaui
si uelit doceri qđ nesciat. Oĩs labor ꝓ acquirẽda doctrina subeũdus est. Py-

thagoras amore sapientiæ usq; ad Aegyptios & magos penetrauit. Sic eius discipulus Plato eodem se fatigauit itinere, quam uult Augu. om̃e id quod de deo loquutus est a Hieremia propheta qui tunc in Aegypto uiuebat didicisse. Sed ut de nostris dicam Hieronymus uir ille sanctissimus testat̃ in quadam epistola, se a pueritia literar̃ desiderio ferbuisse. Apollinarē itaq; Antiochiæ frequenter audiuit. Et dum iam esset cano capite Alexandriã ut audiret Didimū porrexit, postea Bethleem reuersus hebraicas literas nocte silente furtim didicit. Timebat em̃ qui eum docebat, ne iudei hoc cognoscerent, non em̃ impune tulissent. ADRI. Præclara sunt & notatu digna quæ hactenus dixisti, sed ut ad propositū redeamus, quid sibi uult id qđ in definitionę positū est, recto certoq; iudicio. GI. Ex eo quod recto dixit, uitã beatã debere esse rectam significauit. Rectum uero idem quod iustū significat, & quotiens aliquid oportere esse iustū dicimus, in eo oportere iustitiã esse demõstramus. De qua Euripidis illa notissima sententia dicit̃, neq; lucifer neq; uesperus ita mirabilis. ADRI. Quid est iustitia? GI. Iustitia est (ut Tullio placet) uirtus unicuiq; quod suū est attribuens. Sed liquidius a nostro Hiero. describit̃ Iustitia (inquit) est nõ peccare, nõ peccare est legis p̃cepta seruare. ADRI. Dic queso (qa mentio de peccatis accidit) est ne uer̃ qđ uulgo fert̃. Nõ peccat inquã qui nihil oĩno facit? GI. Minuẽda est penitus hæc opinio. Nã legis obseruatio bifariã diuidit̃, ut nihil hor̃ inquã q̃ ꝓhibent̃ faciamus, & nihil ex his quæ iubent̃ p̃termittamus. Lex ipsa inqt. Auerte a malo & fac bonū Nõ satis est dixisse auerte, nisi addidisset, & fac bonū. Qui aũt nihil facit, bonū nõ facit, quia qđ nihil est bonū non est. Non solū oportet ut uestitū non spolies, sed etiã ut spoliatū uestias. Iustitiæ duo sunt mẽbra, q̃ ab ea diuelli separariq; nõ possunt. Pietas. s. & æquitas. Pietas est (ut Trismegisto placuit) ip̃m deū immortalẽ oĩm factorẽ & gubernatorẽ cognoscere. Finis aũt pietatis, ut cognitus deus adoret̃. Aeqtas est, nõ ea quã Tullius in recte iudicãdo æqualitatẽ uocat, sed oĩbus æqualẽ se præbere. Cui cõtraria est superbia, q̃ est oĩbus maiorẽ se existimare. Monet æquitas, ut nullus altero uelit esse superiorã quia indifferenter oĩbus pater est deus, oẽs pariter germani sumus ex eo dẽ germine Christo inquã renati. Vbi ista duo nõ fuerunt, ibi iustitia esse nõ potest. Potest etiã recto iudicio rursus aliter intelligi, ita ut recto interpretet̃ .i. uero sanoq; iudicio. Sunt em̃ plærique mortaliũ qui ꝓpter opes, clientelas, affinitates, seruitia, sodalitates, hospitia, & ꝓpter alia hmõi fortunę bona se beatos existiment. Sed hi oẽs recto ueroq; iudicio ꝓculdubio priuati sunt. Nam si intelligerẽt nos haud alia causa ercto uultu a summo rer̃ artifice cõpositos esse, nisi ut quæ supra sunt contẽplaremur, & quæ sursum sunt sapere mus, non se tot erroribus impedirẽt, tot stultitiis obruerent, tot denicq; tenebris cõfunderent. Non sunt hi fœlices appellandi, licet Midæ opes possideant, quia recto carent iudicio, nec reddunt unicuiq; qđ suū est, bonos floccipendunt,

pendunt, sacra non curant, deum obliuiscunt. In talibus uita eorū uersatur, ut hæreditates uel iure capiāt uel iniuria, pupillos expellāt, pauperes crucient. Laborant ambitionis morbo, aliud in ore sonat, aliud in pectore clausum latet, amicitias & inimicitias non ex re (ut Crispus inquit) sed ex cōmodo sibi habent. Hi sunt quibus antiqui clamitāt uates. Gens antiqua atq; puersa hæccine sunt quę deo reddis populе stulte & insipiēs? Et alibi. Statuerūt oculos suos in terrā declinare. Sed hæc de mūdanis dicta sunt. Quid uero de his dicā qui quū seipsos regere nesciūt religionis antistites fieri uolūt, ut nō solū suas sed etiā aliorū aīas pditū eant. His aduertenda Claudiani sentētia. Tūc oīa inquā iura tenebis quū poteris rex esse tui. Primo igit sibi moderent, deinde si libebit alīs prę sint. Stantes in angulis faciēda p̄cipiūt, quę nec ipsi p̄cipientes faciūt. Quis hoc prauū esse iudiciū nō dicat? Nō est igit in illis (ut p̄dictū est) uita beata, quæ sine recto iudicio stare non potest. ADRI. Recte mi p̄ sentis, & huic qđ dicis illud carmē Nasonis poetæ cōuenit. Pronaq; quū spectēt animātia cætera terrā. Os homini sublime dedit, cœlūq; uidere Iussit & erectos ad sydera tollere uultus. Quo fit ut damnandus sit ille Socrates, qui solus Apollinis oraculo iudicatus est sapiēs. Hoc em̄ erat eius ꝓuerbiū. Quod supra nos nihil ad nos. Cuius etiā Lactantius facit mentionē, si recte memini. Sed ut ad prædicta reuertamur, locū illū de iustitia manifestius enuclea, ubi dictū est nō esse sine æquitate iustitiā, & æquitatē esse se oībus æqualē reddere. Dic queso, nōne seruos & ancillas nostri pōtifices habēt, quibus non modo nō æquales, nec solū ut seruo dominus solet esse superior, sed ut semidei reputant? Nō sunt igitur pontifices iustiꝫ GI. Absit hoc facinus a nostra religione sili, ut in p̄positis eius iustitia nō sit. Sed quū nup illud Lactantij contra gentes luculēntissimū opus haberē in manibꝫ reperi qđ huic quæstioni possit aptissime responderi. Ait em̄ seruos nobis esse qui quidē tenuiores & asperiores corporis cultus habent q̄ dñi, quod aūt ad animā pertinet eadē cura, studio & industria gubernant. Nā quū homo constet ex duobus ex corpore scilicet & anima, quæ inuicem contrariant. qm̄ illud terrenū, hęc cœlestis, illud mortale, hæc uero immortalis. Et iccirco non facile est utriq; posse satisfacere. Corpus amat conuiuia somnos & cōfabulationes. Anima uero contra uult ieiunia, uigilias & orationes. Quoniā igit (ut dixi) nō pōt utriq; satisfieri, iusum est utrū horꝫ dignius sit, ut primo ei pareamus, deinde si possimus & alteri. Compertū est igit animā corpori p̄ferendā esse, quo fit ut seruorꝫ animabus pōtifices nostri non minorē ac proprijs diligentiam adhibeant. Q; aūt ipsi ornatiores & politiores incedant, non ideo faciunt q̄ membra sua iudicent esse preciosiora, sed ut dignitates & officia quę gerunt a seruorum conditione uideantur esse differentia, ADRIA. Non opibus sed uirtutibus præfecti debent excellere. GIGO. Quod magis necessarium est prius inuestigari debet, quæ autem magis ornamento sunt q̄ utilitati, post

ea si possint acquirant. Oportet ut pontifices sint uirtute p̄diti, primū igitur uirtus adipiscat. Nō absurdū est pōtifices tantū habere diuitiaꝝ quantū uictui modico sufficiebat. Et qm̄ hæc ornamenta diuitiaꝝ necessaria oīno nō sunt, nō primo sed secundo loco querant, itaq; nec ꝓpter ea uirtutes euanescāt. Quis est qui nesciat æquū esse ut a discipulis p̄ceptor ne dū uirtute discernat, uerꝝ etiā grauiori quodā & honestiori habit⁹ priuilegio? Partim qa discipulo maior p̄ceptor, partim qa modesta corporis ornamenta nō paruo adiumēto uirtutibꝫ animi sunt ad temperandā grauitatē, ut uulgaris tumultus ac cupiditas reprimi possit ac gubernari. Non est igitur dicendū iniquos esse pontifices, qꝫ splendidiores habeāt uestes, nam ipsa æquitas nō extrinsecus corpus, sed intrinsecus in animo sedē suā habet. Et qm̄ animi cogitatiōes soli deo manifestæ sunt, ipsi soli de æquitate iudiciū relinquendū est. ADRI. Oīa ad uiuū resecasti, ita ut oīs a me secluſa sit dubitatio. Quod euenisse puto non solū quia sic se res habeat, sed etiā qa elimato & quadranti sermone, qui tibi & ab arte & a natura cōcessus est, hæc oīa disseruisti. Ornata em̄ politaq; oratione ueritas ipsa potētius in auditoꝝ animos influit. GI. Vidimus hactenus qd esset uita beata, quæ posita est in iustitia, iustitia oēs alias uirtutes tanq; filias suo genio concludit. Nunc uidendū puto qbus gradibus ad ipsam iustitiā ascendat. ADRI. Miro discēdi ardore ferueo, expecto quid dicas. GI. Tria sunt quæ cōnexa & simul conglutinata ad uitam beatā plurimū conferūt, diuisa uero & separata parū adiuuāt. Sūt aūt hæc (ut nominatim dicā Pudicitia, contemptus & iustitia. Et unaquæq; istaꝝ uirtutū non ꝓpter se, sed propter aliā quæritat. Primo pudicitia flagitat ut contēptus mundi sequat, nā mundus ab his facilius cōtemni poterit qui cōiugali uinculo soluti sunt. Nā postq; carnalibus illecebris cœperūt oblectari, & in sentinam uitiorꝝ corruerunt perditi sunt, & penitus desperandū est de salute eorū, nisi misericordi diuinæ potentiæ digito subleuati fuerint. Quæritat item cōtemptus mundi ut iustitia reperiat, repertaq; fruamur, quæ difficile cōspici potest qui se negocijs sæcularibus inuoluūt. Nam coniugis & liberorꝝ cura & ipsa res familiaris a recto iuditio mentes hominū reuocant. Pauci tamen recte uiuere incipiūt, sed tamē ni diligenter caueāt (uitijs blandientibus) arcto calle deuiant. Primo igit quibusdā cōtractis pactisq; legitimis opes quærunt, at ubi gnstarūt q; bona sit negociatio in usuras pauhsper incidūt, deinde furitm aliena rapere, pupillos spoliare & ꝓximos nō abstinēt. Postq; aūt incalluit hæc cōsuetudo, furtis & sacrilegijs (modo lateant) minime parcūt, sic malū malo trudit. Hęc oīa in tantū usum conuersa sunt, ut non pro uitijs (ut sunt) sed pro uirtutibus in mundo nunc habeant. Et si quis taliū rerum fuerit expers, tanq; ignauus ab oīm populo repellit. Quare satyricus noster Aquinas merito cōquerit. Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignū Si uis esse aliquid, probitas laudatur & alget. Diuitiæ proculdubio sunt hu-

manigeneris exitium, nec sinunt iustitiã in nostris regnare pectoribus. Quę res minime Persium latuit, inquit enim. Quod si dolosi spes refulserit minimum, coruos poetas & poetridas picas Cantare credas pegaseũ melos. Adde ꝙ talis est opum natura, ut nunc̃ satis esse uideantur. Quod uitiũ Romanis antiquis Ouidius uersibus his obiecit. Creuerunt & opes & opum furiosa cupido. Et cum possideant plurima plura petunt. O diuitiarum sacra fames, cur non mortalia pectora regis? Propter te quotiẽs uiolata est iustitia? Propter te Sicheus truncatur a fratre. Dido patit exiliũ, Polydorus mẽbratim secat, Recte Thebanus Crates suas opes in cecum pelagus abiecit, meras̃ illas, ne mergeretur ab illis. Hæc igit e mentibus nostris extirpari oportet, & tanc̃ in domũ suã introducenda est iustitia, ubi suas possit figere radices, & fructus afferre mirificos. ADRI. Nõne fuisset satius, si diuitias quas Thebanus ille philosophus in mari dimersit, pauperibus tribuisset. GI. Fuisset utic̃ melius, sed forte metuebat & si pauperibus dedisset, illis accidisset quod ipse fugiebat. ADRI. Et forsitan hoc illi in mentẽ uenerat, sed quoniã circa illa quæ superius cõmemoraui, omnem rem uersari perpẽdo, quomodo unũquodc̃ illoꝝ assequi possimus audire desidero. Et dabis ueniam, si quæ dicis tardius apprehendo, quũ sim a teneris Mantuæ nutritus, ubi hoc uitium a densioris cœli qualitate contraxi. GI. Tu cum Cicerone sentis, ut e dictis tuis perpendo. Refert em̃ (ni male memini) Thebanos fuisse ingenio pinguiores, Atheniẽses uero perspicatiores & acutiores extitisse. Iccirco ꝙa crassus aer & pinguis erat Thebis, Athenis uero rarior & subtilior apparebat. Sed hæc omittamus, quod nunc instat agamus.

DE CASTITATE.

Castitatẽ septẽ modis assequi poterimus, firmo inquã ꝓposito, modico cibo, exercitio cõtinuo, raro bonoc̃ colloquio & consuetudine, sensuũ continentia, premꝰ futuri præmeditatiõe, auxilio diuino. Septẽ hæc arbitrio nostro percurramus, dicemusc̃ nõ tam eloquenter ꝙ sapienter, nã semper magis studui sapiens fieri ꝙ eloquens. Qui em̃ facunde dicunt suauiter, qui sapienter utiliter audiuntur. Sed primũ modũ arripiamus,

DE FIRMO PROPOSITO.

Si quis quod facturus est prudenter agere uoluerit, circa quod faciendũ est tria cõsiderabit. An illud inquã quod uoluit honestum sit an turpe, utile an inutile, delectabile an non delectabile. Si res fuerit tantũmodo delectabilis, ita ꝙ honestate omni atc̃ utilitate sit priuata, hæc omnino fugienda est. In quo genere sunt lasciui cantus & cytharaꝝ strepitus, qui infirmas iuuenum mentes alliciunt. Sunt etiã in hoc genere saltationes & choreæ & oẽs corporis illecebræ. Si uero res fuerit delectabilis & honesta, apud omnes nationes non laudo, honestas em̃ non una est apud omnes, sed quod apud aliquos honestum uidebitur apud nos erit turpe. Verbi gratia apud Epicurũ

honestum erit misceri cum uxoribus & corporeas necessitates in propatulo & coram omni populo facere. Si quis igitur apud homines huiusmodi fuerit, uti hac honestate non debebit. Si uero tale honestū erit ut fidei christianæ non deroget, concedendum est. Quemadmodū est uxorē ducere, talibus se uestibus ornare ut non solum utilitati corporeæ, sed etiā honesto cuidā decori non luxurioso consulant. Si uero hæc tria simul in aliquo reperiantur, ita ut sit & delectabile & honestū & utile, adhuc est cogitandum, cuiusnā sit illa utilitas, an corporis & an animæ, an utriusq;. Si tm̄ corporis, turpe quidem erit christiano si fecerit. Si animæ, toto conatu totis uiribus implendū est. In quo genere sunt ieiunia, abstinētiæ, ꝓ fide mortē obire & martyrio coronari. Si utriusq;, cauendū est ne plus corpori q̄ animæ tribuat, ut in tēperatis cibis sumendis; qui si (ut dixi) tēperati sint corpori ꝓsunt & aniæ. Videndū itaq; est ne minimū id quidē plus corpori deī q̄ aniæ. Si res illa fuerit corpori cōtraria, aniæ uero utilis, faciendū est ut appetitus obediat rationi, & Sallustianū illud aduertendū. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Postq̄ igit quid sit faciendū cognoueris opus est ut non differas, non ambigas, nō hesites, sed toto mentis amplexu uiriliter animose ꝑ suscipias. At recorderis illius qd̄ ait Comicus, Dū in dubio est animus paulo mōēto huc uel illuc compellit, Quoniā igit castitas secū fert utilitatē & honestatem unusquisq; suo proponat fortiter in animo castitatē obseruare, qd̄ qui fecerit ad alios gradus ascendere facilius poterit.

DE MODICO CIBO

Sicut cibus immoderate sumptus detestandā suscitat uenerē, sic moderatus purissimā tutetur castitatē. Sed in hoc maxima pars mortaliū fallit, qui dum ignorant quid sit abstinentia, oīe esculentū (præter carnes) sibi conducere putant, nec aīaduertunt q̄ in herbis etiā q̄busdā uenenū lateat, ut in eruca, quæ quia calidissimæ naturæ est uenerē reuocat. In leguminibus etiā luxuriose cōditis titillatio carnis abscōdita est. Quo fit, ut quidā uir sapiēs nuper diceret, eū q̄ uellet cœnobij curā gerere philosophiā naturalē (quā physicam græci nominat) ignorare minime debere. Sunt em̄ plæriq; cibi qui in usum quotidianū ueniunt, a quibus nisi spiritualis miles se diligenter abstinuerit, carnis intollerabile certamē experiet. Quare noster Hieronymus & doctrina & rei usu sapientissimus dicere solebat, nullū cibum castitatem curantibus esse utiliorē q̄ olera Palladis liquore perfusa, & eo quidē modico. Item pisces (nisi minutissimos) ꝓhibebat. Quod isti nesciunt, uel si sciūt (qd̄ grauius est) aspernant, qui cœnare nesciunt, nisi uel ostræas uel timalum uel aliqd̄ huiusmodi animal habuerint. Atq; utinā hmōi hoīes, q̄ ingluuiē suā satiare possint, ꝓpe littora Gansis habitarēt, in quo (ut Solinus testis est) tantæ quantitatis anguillæ nascuntur, ut ad pedū tricentorū proceritatē accedāt Sed de his quę hactenus dixi melius cōsulendi sunt medici, ne uideamur par

tes illorum furripere. Ego hoc infero (Hieronymi autoritate fretus) parcũ cibum triduano ieiunio præferendũ, nec licere cuiq; calidissimis cibis uti, ni si uel infirmitate uel longo senio confectus sit. ADRI. Nunc tempus est quẽ dam soluere qui non solum me, sed etiam plærosq; alios dubitare non parũ sæpe coegit. GI. Vaticinor quid sit quod uis dicere. ADRIA. Nec miror, est em̃ famosa quæstio. GI. Tu tamen dic, homo sum, & falli & decipi possum. ADRI. Qua intentione, quo fine hæc omnia deus immortalis fecit, si homi nibus uesci non licet: an ut pereant? GIGO. Nõ fecit hæc deus ut pereant nec quicq; in mundo ita perit ut ad nihilum redigatur, sed formam mutat. Cor pora nostra non pereunt, sed in ea elementa ex quibus constabant resoluun tur. Sunt etiam qui dicunt medullas nostras quum sepulti iacemus anima ri, & in anguem conuerti. Quæ res & si fortasse uera non sit, mihi tamen ui detur esse uerisimilis. Nam sicut per serpentem inter homines mors nata est, non absurdum erit, si dicat hoīs morte serpentẽ nasci. Nihil igitur (ut prædi ximus) omnino perit, cuius sententiæ autor est Pythagoras. Quam noster Ouidius duobus uersibus elegãter expressit. Ait em̃. Nil perit in toto quicq; (mihi credite) mundo. Sed uariat faciem q; nouat, nasciq; uocatur. Nec fru stra deus hanc densissimam uariarũ rerum syluam fabricauit, sed fecit (quã tum comprehendere possum) tribus potissimum causis, ut potentiã inquã suam exprimeret, ut ingenia nostra in ocio torpere non sineret, ut postremo infirmitati nostrę subueniret. Et ut ad primum reuertar, quis inter homines tam solertis ingenij reperitur, ut alterum mundum fabricare posset? Quis Zeusis, quis Appelles, quis Phidias (ut de pictoribus loquar) tam uiuacem colorem & in herbis & in floribꝰ imprimere posset? Quis possit hominem (opus admirabile cœlestis spiritus capax) formare? At ut altius ascendam, cœlum deuexum tot syderibus pictum, mirabili solis lumine præditum cõ ponere? Atq; hæc omnia deus ipse fecit. ADRIAN. Nonne memoriæ tradi tum Archimenidem siculum in aere mundum formasse & per syderum mo tus uarias anni uices dispoſuisse. Propterea nonne referunt etiam Promethe um fecisse hominem. Non igitur tam mirum est si deus hæc egerit quæ po tuerunt & aliqui facere. GIGO. Est aliquid quod dicis, sed age iterum rumi nemus. Dicis Archimenidem fecisse mundum, putasne fecerit nebulas, pu tasne æstatem, putasne solstitia & æquinoctia posuerit? Fatuum est ea crede re, quod si fecisset, hoc deerat q; non erat tam capax q; iste quem uidemus. Q. autem dicis Prometheum fecisse hominem, si sane intelligeres non hæc diceres, fabula est non historia, quæ tamen aliquid ueri intrinsecus habet. A iunt enim q; Prometheus fecerit hominem, quia primus fuit qui statuas fa bricauit. Sicut etiam dicunt Cecropem fuisse biformẽ, quia primus fuit qui & marẽ & fœminã matrimonio copularet. Fœcit igit hęc immortalis deus ut ea nos contẽplaremur, eoq; arti ut nostram imbecillitatem & inertiam

cognoscentes humiliaremur, ut per humilitatē eo scandaremus, unde propter superbiā ceciderunt angeli. Vides tot animantia diuersarum formarū diuersis & coloribus & uirtutibus ornata? Vides anni tempora q̄p̄ pruden ter dispositā sint? Primo uer nouū sic dictum q̄ tunc reuirescunt om̄ia, & ut Maro noster inquit. Et tunc omnis ager, tunc omnis parturit arbos. Tunc frondent syluæ, tunc formosissimus annus. Primo ueri succedit æstas, quæ præcipue charitatis exemplū præ se ferēs fœtus oēs quos uer parturierat susscipit educandos, a qua si quid imperfectū relictū fuerit, superueniēs autumnus ad unguem p̄ficit, & manū summā imponit, tūc agricola q̄cquid sperā do telluri crediderat, cum cēteno fœnore collibit. Et quoniā deus immortalis aduertebat annū gignendo, educādo & maturando iā esse defessum, quietum tempus & uacuū laboribus adiecit, quod uocāt hyemē. ADRI. Quare factū est ut tres anni partes in sudoribus, unā tm̄ in quiete posuerit deus? GI. Placet q̄ mihi in memoriā reduxisti. Diffusus labor, succincta quies strenuum delectant militē. Si humanæ naturæ fragilitas pateret, nunc̄p̄ esset a labore cessandū, hoībus inquā. Oportet em̄ ut hoc miserabile corpus quod animā nostrā assidue prouocat ad libidinē, assidue suscitet ad laborē, quēad modū pater sanctissimus Macharius solebat, qui dum silēti habitaret in ere mo, magnam arenæ molem humeris hucilluc ferebat, & interrogatus q̄d totiens hoc faceret, se uexare a quo uexabat (ipse hypodiastole) respondit. Sed hæc hactenus de diuina potētia dicta sunt, In his paulo lōgior fum, q̄m & uita beata de qua nunc agit minime aliena. ¶ Deinceps de secunda causa dicatur. Nosti aīas nostras intelligētia & ratione p̄ditas. Sunt itaq̄ anię his uirtutibus armatę, tanc̄p̄ milites, p̄cessuri ad bellū. Sed q̄m nescio quid turpissimū est in ocio, piecta uirtus. Et ut uanū est quenc̄p̄ armari nisi sit cum hoste pugnaturus, sic proculdubio superfluū uideret & uanū aīas nostras ratione muniri nisi fortiant aduersariū, cui uiriliter suū reluctando queant robur explicare, & uires suas exercitio firmare. Voluit igit ut nobis hostes essent lucanica, tucetū, sumen, omentū, & alia q̄p̄lurima quor̄ noīa norunt qui luxuriæ & uentri dediti sunt. Et eam legem posuit quæ solet inter hostes obseruari, ut qui uictus inquā fuerit victori subīciat. & q uicerit imperet. Si corpus animā uicerit, victā secū trahet ad infernum, si uicerit anima corpus, secū ad cœlestia subtrahit, ¶ Posthac de tertia causa agat. Et summus & optimus deus non solū aīar̄ nostrar̄, uer̄ etiā corpor̄ curā gerit, quæ quoniā uoluit diuersis languoribus esse subiecta, q̄bus ut solet aur̄ in igne purgarentur, ne forte deficerent, in herbis & lapidibus abstrusit medicamēta, quæ i circo uoluit occultari. q̄a sciebat se rationē oīm acutissimā indagatricē nobis tribuisse. ADRI. Quid opus est ut corporibus nostris adhibeamus medicamina? oīa antec̄p̄ fiant deus prænouit. Et quia ipse falli nō p̄t, oportet ut eueniant sicut ipse prouidit. Si ergo deus præuidit me ex hac infirmitate

moritur̃ siue medicum accersiri faciam siue non, quia (ut prædixi) falli non ꝑoteſt, ut mouear neceſſe eſt. GI. Ne uideamur in aliã materiã tranſiliſſe, quę ſtioni huic reſpondendũ eſt. Quanc̃ deus a principio cognouerit utrũ ego in doctum uel ignar̃ uirum euaſurus ſim non tñ debeo præceptorẽ ſpernere. Nam deus ſciuit me doctum futur̃ ſi ſtudiis operã dediſſem, & futurum ignar̃ ſi literas aſpernarer. Nouit deus ea conditione poſſe te ſanari ſi utaris conſilio & opera medicor̃, & de ſimilibus idem eſt iudiciũ. ADRI. Omnia prudenter elegãter & ſcite diſputaſti, & nihil intactũ reliquiſti, fateor quę dicis uera eſſe. Tu ex animo meo rubiginẽ quandã ignorantiæ deterſiſti. Sed ſi placet de cõtinuo exercitio dicere, aggrediamur quæ ſuperius tertio loco cõſtitueras de continuo exercitio. GI. Hiero. in eo libello q̃ de mõ uiuẽdi in monaſteriis inſcribit, dicit oĩs immũdiciæ atc̃ peccati matrẽ eſſe ociſitatẽ, quod quia uer̃ eſt, ſequit oĩs mundiciæ atc̃ meriti matrẽ eſſe exercitationẽ contrarior̃ em̃ contrarii ſunt effectus. Nõ aũt omne exercitiũ eſt laudabile, ſed ſolũ illud quod his duabus differentiis limitatũ ſit, aſſiduitate. ſ. & honeſtate, aſſiduũ oportet eſſe, qui neceſſe eſt ut qd̃ ſemp̃ oppugnat̃ ſp̃ quoc̃ defendat̃, ꝓpterea mens noſtra cõtinuo motu ꝑſiſtit, & oportet ut ſemp̃ aliqd & inquirat & excogitet, ſiue id bonũ ſit ſiue malũ, cũ etiã memini me uidiſſe hoĩes qui quidẽ q̃ neſciebãt in ſomnis didicerũt. & tenaci memoria retinuerunt, vñ nec dormientiũ quieſcunt aiæ. Igit̃ ſi qd honeſti exercebimus, circa id honeſtũ uerſabit̃ aĩa. Si ꝯo in ocio marceſſemus (qm̃ ſumus a natura in malũ ꝓcliuiores (cogitatiões impudicæ latẽter ſubintrãt, quas niſi cõfeſtim remoueamus, miſerã ſtrangulãt aĩam. Heu me miſer̃ quæ iactura? Si uero fortiter aĩoſec̃ repellamus, tandẽ per illã cęleſtẽ hieruſalẽ (imperatoris more) uictores coronati triũphãtes incedemus, tũc oẽs cœlicolæ aſtãtes dicẽt, Hæc eſt q̃ mortalia ſpernẽs acq̃ſiuit immortalia diẽ feſtũ agamus, & fratris noſtri natalitia hodie lætãtes celebremus. O patria beata uel patria cœleſtis ex hac ſentina malor̃ ad te ſuſpiramus, ex hoc remotiſſimo littore ꝓcul aſpicientes uix te diſcernere poſſumus. Erit ne unc̃ dies illa dies exultatõis & lætitiæ, quæ nobis qui iã curriculũ pñtis uitæ tranſegimus, & qui in ſtudio certaminis ualuas aperiens a triſtitia ad gaudiũ, ab odio ad amorẽ, a morte ad uitã uocare dignaberis? Sed de his alias. Oportet ut exercitiũ (præter illa quæ diximus (ſit honeſtũ, quo ſit ut Pentachiũ uituperẽ, ſub quo ludor̃ ſpecies quatuor aſſignãt̃. Iactus inq̃ã diſci, curſus, iaculatio & luctatio. Nõ iubeo ut quis in publicũ ꝓcedens exutis ueſtibus & correpto grandi ſilice tota die fruſtra deſudet, non ut celeritate pedum currendo certet, non ut ſcorpiones aut arcus manu geſtans Alchonẽ ſtudeat imitari, qui cum uideret filiũ ſuum a ſerpente necari, correpta ſagitta & oppoſito genu tetendit arcũ, percuſſitc̃ ſerpentem. nec filium tetigit, c̃uis cum ſerpente mixtus eſſet & inuolutus. Hæc ſtudia non multum laudo. ADRI. Quid de agri cultura ſentis?

GI. Agricultura iudicio meo dignissima est & honestissima, non tamen gra ui rastro terrā fodere & in agris uomere sulcos & porcos inducere omnino iubeo, sed hortulū seminare, ulmo uitē coniungere, arbores inserere. i. ex syl uestri domesticas facere. & ꝑpagines sepelire quis nō laudet? In his delectē qui uult uitā beatā ducere. Nec doleat ꝙ filios coadiutores non habeat, qm̄ ut Guido nostri tēporis grauissimus philosophus dicere consueuit, incogni ta beatitudo est liberorū priuatio. Legat hos q̄ de agricultura scripserūt, & Catonē & Virgiliū & græcos si linguā nouerit, & Hesiodū & Democritū. Sciatq; ut Cato primus in ea arte scripsit apd nos, & apud græcos Hesiodus norit q; Osirim, uel (ut alij uolunt) Tryptolemū primū boues ad aratra iū xisse, & stercorisandi artē primo a Sterculo quodā repertā, cui picus Romę templū constituit, nōnulli tñ fuisse Saturnū uolūt. Discat etiā primus qui ui tem plantauerit uinūq; collegerit fuisse nō Bacchū quendā, ut perhibent, sed Noe, ut testamentū uetus asserit & Lactantius approbat. Si hæc omnia co gnouerit, maiorē animi uoluptatē sentiet nec pudebit eū terrā colere, de qua tot præclara uiroꝝ ingenia scripserūt. Sed exercitij partē optimā omisimus nihil em̄ de studio literaꝝ diximus, quo nihil melius excogitari potest. Stu deat itaq; beatæ uitæ diligēs inquisitor optimā sibi bibliothecā cōparare, sa cros gētilesq; libros in eo recordāt. Est em̄ (ut Augusti. in eo libro q̄ de chri stiana doctrina inscribit dicit) sciētia sæcularis non solū nobis utilissima, ue rū etiā necessaria, ꝑpter tropos & figuras quibus sacræ plenæ sunt historię Sanctoꝝ philosophoꝝq; uitam lectitet, & inquirat quæ nā fuerit illorū de uita beata sentētia Studeatq; maxime platonicos (qm̄ plurima recte sentiūt) imitari. Philosophiæ morali fiat familiaris, quę in trifariā diuidit, in politi cam, œconomicā & monasticā. Volumina tria. M. T. Cice. quæ de officijs scripsit semp̄ in manibus habeat, & studeat quæ legerit imitari. Legat histo rias autores nouerit oēs, quicquid legerit tenaci memoria teneat. Et qm̄ (ut prædixi) opus est ut bibliothecā habeat, discat qui fuerint antiquoꝝ q̄ maxi mā librorꝝ habuerūt copiā, & eoꝝ emulus efficiat. ADRI. Sed qui fuerunt qui maximā librorꝝ habuerūt copiā. GI. Pisistratus Athenienſiū tyrannus primus apud græcos bibliothecā cōdidit, quam Xerxes incēsis Athenis ue xit in persas. Longo post tēpore Seleucus nicanor in Greciā reduxit, postea magnus Alexander ad cōparandos libros animū intēdit, & Philadelphus Pisistrati emulus nō solū gentiles, sed etiā diuinas literas uoluit. Huius tem poribus fuerunt in Alexandria. lxx. interpretes, qui (ut Augu. in eo libro q̄ de doctrina christiana inscribit dicit) testamentū uetus ita interp̄tati sunt, ut singuli in singulis cellis recluſi essent, & cōpleto opere factū est ut in cuiusq; interpretatione non solū idē sensus, sed etiā eadē uerba & eodē ordine posi ta reperta sint. ADRI. Res auditu mirabilis, equidem credo cœlestē spiritū mentibus eorum insedisse. GI. Tecum sentio. Qui primus librorū copiam

Romam uexerit Paulus Emilius fuit, deuicto Perſe Macedonū rege. Poſtea Lucullus e pontica præda. Et poſt hos Iulius Cæſar Romanorū primus imperator ſummæ bibliothecæ cōſtituendæ. M. Varroni prouinciā dedit. Primus aūt Pollio bibliothecas & græcas & latinas Romæ publicauit, addēs autorum imagines. Et ut de chriſtianis dicam. Pamphilus martyr, cuius uitam ſcripſit Euſebius Cæſarienſis in bibliotheca ſua, triginta uoluminū millia collocauit. Dixi ſuperius, qui uelit in hoc exercitio uerſari, debere quę diximus agnoſcere, qm̄ & hiſce ad ſtudiū accenditur animus, & ſtudet æmulari, & ad aliquid præclarū excitatur. ADRI. At omēs habere bibliothecas nō poſſunt. GI. Fateor, ſed habentibus ſtudeāt adhęrere, & omē tempus quod in comparandis libris dandum erat, id omne in aſſidua lectione conſumāt. Sic docti, ſic illuſtres euadent, ſic denicp̄ mens noſtra in his liberalibus ſtudijs occupata uia regia gradiet̄, nec ad dextram nec ad ſiniſtram declinabit. ADRI. Tetigiſti quod iamdiu multum dubitaui. Quid eſt uia regia, & dextra & ſiniſtra procedere? GI. Virtutes ſemper in medio conſtituuntur, uitia uero dextra & ſiniſtra locantur. Media uia regia dicitur, qm̄ is demū ſe regere uouit qui uia media perambulat. Vt autē quod dicimus clarius eluceſcat exemplum ſubijciam. Vitium eſt nuncp̄ ridere, nuncp̄ hilarem uultū depromere, & qui huiuſmodi fuerit ruſticū nominabo, ruſticitas igitur pro uitio reputatur. Qui ſemper rideat, ſemperq̄ laſciuiat ſcurram appellabo, quem utiq̄ non laudo, qm̄ uitium eſt. Quod uero medium iſtorum eſt, aliquādo mediocriter ridere, amicis & hoſpitibus lætam faciem exhibere, dignū laude iudico, quā rem qui ſciuerit obſeruare comis nominabitur, ipſa aūt uirtus comitas. Sic igitur conſtitui poterunt, ut logicos imitemur.

Dextra	Via regia	Siniſtra
Ruſticitas	Comitas	Scurrilitas
Iracundia	Ira	Segnities

Vides ne qualiter uia regia gradiendū ſit? ut de ſcurrilitate diximus, ſic pariter de iracundia fas erit dicere. ADRI. Habeo quæ dicis, & recte quidē dixiſti neceſſariū eſſe caſtitatē curantibus exercitiū, nam primo græci poſtea Romani pudicitiā colentes dixerūt Dianā q̄ caſtitati præerat, & nemora & ſaltus aſſiduis uenatiōibus agitare, & corpus ſuū ut noſter Paulus in ſeruitutē redigere. Aduertebant em̄ neminē (ut prædiximus) ſine membrorū exercitatione poſſe diu illeſam cuſtodire uirginitatē. Sed ſi placet iam de raro colloquio quod quarto loco poſitum eſt, dicatur.

DE TACITVRNITATE.

GIGO. Oportet omnino ut qui uelit eſſe caſtus caſto ſermone ſtudeat uti ſermo autem noſter caſtus erit, ſi raro, honeſte, & cum bonis habeatur. Raro dixi, qm̄ difficillimum eſt linguam lubricam ita gubernare quin ſi diu loquuti ſumus, uerbū aliquod imprudenter excidat, ex quo aliqđ inhoneſtū

oriatur in animo & paulatim surrepat, & altius figat radices, ut difficile possit amoueri. Sed hoc magis periculo q̄ ratione cognosci potest, non sufficit ut sit sermo breuis, nisi fuerit honestate preditus. Vnde Paulus noster inquit Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Quod tamen est a græco poeta translatum. Legimus nonnullos e nostris, qui ut silentium discerent & loqui dediscerent, ore clauso triennio lapidem gestauisse. ADRI Miram constantiam hominū narras. GI. Si hæc tantopere miraris, quid de Socrate dices, qui ea constantia fuisse dicitur ut perdius & pernox summo lucis ortu alterꝫ orientem solē in eisdem uestigiis immobilis, oculis eundem locū semper defixis cogitabūdus staret, quasi quodam mentis decessu facto a corpore? Nihil est tam difficile quin facile fiat ubi pigra & iners uoluntas abfuerit. Debet non solū sermo noster breuis & honestus esse, sed etiā cum bonis haberi, uera em̄ ꝓphetæ sententia. Cum sancto sanctus eris: & cū peruerso peruerteris. Cauenda est omino malorꝫ cōsuetudo, & in aliquē locū semotum a turbis hominū secedendū, & in sanctorꝫ fratrū conuentu bene beateq̄ uiuendū est, ubi omibus quæ ad dei seruitutē pretinēt diligenter exactis: possit reliquū tempus in studijs quæ prædiximus occupari. ADRI. Ergo solitudinem uituperas? in qua primo patres nostri Helias. s. & Heliseus necnō Ioannes, cui baptista græcū cognomē est, habitauerunt. GI. Nequaq̄ eremū uitupero, in qua dū Plinius secundus esset, dicebat se nihil audire qd̄ audiuisse, nihil uidere qd̄ uidisse pœnituisset, uerꝫ paulo periculosiorē esse affirmo, & nisi p̄fectis uiris appetendā. Nam si sis solus uelisq̄ quicq̄ turpe facere nemo nem uereberis, si ceciderit non est qui te subleuet. In cœnobio aūt & quē uereris & qui tibi sit adiumento ne cadas, & qui deniq̄ subleuet si ceciderit, semper habere poteris. Vñ Hiero. uere beatæ uitæ cōpos dicere solebat, funiculū triplicē tardius rumpi. ADRI. Habes ne de gentilibū historijs quicq̄ quod ꝓposito nostro de silētio cōgruat? GI. Habeo multa quę narrare possem, sed præclarꝫ istud Xenocratis in primis habeo. Is cū forte semel in multitudine iuuenū esset, qui uias aliorꝫ moresq̄ carperēt, solus tacebat, nec uerbū quidē expressit. Et perconctāti cuidā cur tā diu taceretꝫ rñdit se pœnituisse aliqñ dixisse, tacuisse uero nunq̄. Iste uero cū nostris (de quibus supra mētionē feci) rite cōcordat, qui iccirco taciturnitatē tāto studio obseruabāt, qa intelligebāt & cœlū sine castitate & castitatē sine silentio cōparari nō posse. Hi em̄ q̄ recta intelligentia gubernant, hi profecto habiti sunt digni q cœlū colerent, quia mundi ab omni terrena labe reperti sunt. Imponendus igitur ori nostro quidā modus ne quicq̄ plusq̄ sit necesse loquamur.

DE CONTINENTIA SENSVVM.

Castitatis firmissimum munimen est exteriores cohibere sensus. Nam quicquid oculi uident, quicquid aures capiunt, quicquid manus cæteriq̄ sensus accipiunt, confestim cordi tanquam omnium principi nunciant,

in quo omnis nostra reposita salus, quare propheta deprecabatur dicens. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Timebat em̃ ne si oculi aliquid uani conspexissent, & intrinsecus attulissent, mens ipsa macularet, quã decet esse niue candidiorẽ. Et quia q̃q; sunt sensus, longũ esset unũquenq; tractare, sed quæcunq; de uno horũ dicent, eadem de cæteris dici intelligat. quicqd de uisu tactuq; dicemus, de auditu pariter & odore & sapore p̃cipias. Cõuenit igitur uisum auditũ & tactum & cæteros prudenter & cũ uirtute gubernari, qui nobis a deo cõcessi sunt ut diuina audiamus & uideamus, & ut uisa & audita in secessu mentis archano reponamus & sepositа nõ tanq; mortua teneamus, sed ut diligenter operemur. Et si forte quẽ uideris ignorantẽ, debebis eum docere quæ sciueris. Nam (ut inquit Augu.) si noueris aliquid nec uelis id alicui demõstrare: nondũ cognoscis quo pacto cognoscendũ est Nihil audiendũ est nisi quod iustũ & sanctum sit, & immortalis dei laudem resonet, Nõ adhibendæ sunt aures quibusdã assentionũ lenocinijs, quibus maxime solent capi homines dũ se tantũmodo extrinsecus inquirunt. & dũ magis alioꝝ uerbis q̃ sibimetipsis de se credunt. Si aũt contigerit hoc pacto laudari, carmẽ illud Horatij memoria teneamus. Nec te decipiãt animi sub uulpe latentes. Et item illud Catulli, Nos alio mentes alio conuertimus aures. Sed quid de odore dicã, cũ etiã in saty. Iuue. delicatus & odoribꝰ plenus iuuenis a meretrice reprehendat. Ait em̃ illa. Vnde hæc spirãt opobalsama collo? Dic age, nec pudeat dominũ mõstrare tabernæ. De tactu loqui nescio non em̃ potest præ magnitudine sceleris enarrari, nec̃ quicq̃ est quod magis animã coinquinet & inficiat. Nota est Architæ tarentini sentẽtia, dicebat em̃ nihil fœdius, nihil periculosius mentibus humanis a natura datũ q̃ uoluptatẽ. Hinc reipublicæ subuersiones, hinc tacita cũ hoste colloquia & oĩa praua consilia profluere non mentiebat. Sunt igitur sensus omes præcipua cura coercẽdi, per quos tanq; per fenestras ascẽdit mors ad animã. Nec præclarum illud Sophoclis exemplũ silentio prætercundũ puto, qui sciscitatus a quodam an uenere uteret. Dij meliora uelint inquit, libẽter em̃ istinc tanq; ab aliqua furiosa dominatione semper fugi. Sed hinc sapienter respõdit Xenocrates uero sapientius egit, Nam dum propter continentiã sensuũ apud omnes admirabilis esset, eius discipuli tentare uoluerunt, si talem in animo continentiã haberet qualẽ monstrabat extrinsecus. Facto itaq; splendido cõuiuio & præceptorẽ suum conuocarũt, nec alia causa nisi ut rationis eius uires largis suauioribusq; perturbationibus opprimerẽt. Quod ubi factũ putauerant in lecto strato molliter eum collocabant, moxq; Phrianim scortũ nobile in cubile introduxerunt, & solus cũ sola relinquit. Oratio fœdissimę libidinis nobile propugnaculũ, tũc quid tua possit uirtus explicasti. Percipite adolescentes, audite iuuenes, aures adhibete uiri & senes rationis expteſq; Vir multouino madidus, mollibus plumis cum meretrice iacet, remotis

omnibus arbitris carnis incendia stimulant. Sed quia cognoscebat nihil peius, nihil turpius, & nihil qd' ab immortali deo grauius puniat, nequaq; flectitur instar scopuli q inter fluctus natura fundat, & undarū frequentiū collisione uapulat, nec mouet, incussus mansit & immobilis. ADRI. Miræ uirtutis hominē narrasti, qui ea cōstantia mihi fuisse uidet, quæ etiā in martyre posset admirari. GI. Potest etiā Periclis exemplū prædictis adiungi. Qui Sophodæ collegæ suo poetæ tragico ingenui pueri prætereūtis formā laudāti increpans dixit, hominis manus nō solū a pecunijs lucro sed etiā a libidinoso oculos aspectu cōtinentes esse debere. Quid tibi spurinā cōmemorē? qui non solū sensus cōtinuit, sed etiā ne forma sua posset alicui sensus imprudenter gubernanti nocere ꝓuidit. Dū em intelligeret eximiū decorē suū tanq; libidinis irritamentū multis obesse, correpto cultro nares, labia, supcilia, mētum, genasq; cecidit, qui qa paganus & gentilis erat, maiore admiratiōe ꝓsequendus est: Studeamus igit forti inuictoq; animi robore sensus nostros sic cōtinere, ut per eos nil nisi qd' nobis immortalis uitæ spem repromittat exerceamus. Veniendum nunc est ad premij futuri considerationem.

DE PREMII FVTVRI CONSIDERATIONE.

Equidem fili Adriane libidinis continentia nō parum laboris & sudoris præ se ferre uidet, præsertim in adolescente. Quam rem animaduertēs ille rerum conditor immortalis deus magnitudinē laboris copiosa mercede pensauit. Sed quo grauior est labor, tāto maius est premiū. Fortiori militi, & q periculosiora in belli feruore pertulerit, præcipuo quodā ꝓter cæteros coronæ premio donari cōsueuit. Tanta sunt præmia q uirginitati debent, ut si ꝓ eis acqrendis quisq; nostrū sub Aethnę specu ardentissimo Nestoris annos & ætatē sybillę duplicatā uixisset, nondū tantillā partē meruisset. Quonam pacto sedes immortalis, oīs expers mœroris & tristitię, omni plena iucūditate, oīi priuata caligine, omni referta lumine cōparari posset? In qua iam factus mortalis fabricatorē mundi huius qui quadā mirabili ꝓuidentia gubernatur posses assiduo contēplari. Sed foret satius nihil q; pauca de cœlestibus loqui, quorū minimā portiunculā Paulus agnoscēs uociferabat. Quis separabit nos a charitate dei? gladius an fames? an omnia quæ possunt excogitari tormenta? O Paule quid si perfecte integreq; ea cognouisses ꝓ quibus crucē Petrus, uiolentā pellis detractionē Bartholomeus, lapidū sæuissimos ictus Stephanus, & alij innūerabiles ꝓpessi sunt? Portaturi etiā ꝓ patria cœlesti maiora & grauiora, si potuissent. Tāta sunt igit uirginitatis premia futura quanta ex prædictis cōprehendere potuisti, sed quid inquā cōprehendere potuisti: quū nostra cognitio tanti non sit ut ad contēplandū minimū qd illorū se possit erigere? Audi queso quāta sint ea quæ nec ipsi qui uiderūt exprimere possunt. Aurelius Augu. in se totus cōtractus forte semel cogitabat quænam essent cœlestia gaudia, ut possit mandare literis, & prodesse uentu

ræ posteritati, & dum arctius mẽtis neruos collegisset in unũ, ecce repẽte fugatis tenebris (erat em̃ tunc mediæ noctis conticiniũ) mirabile lumẽ emicuit. Mirantiq; Augustino & quærẽti quisnã esset, se Hieronymũ esse respondit, qui pauloante corporis ergastulo solutus ad patriã migrauerat, & hæc uerba adiecit. Ante Augustine totũ pelagus paruo uasculo cõcludes, ante orbẽ terraꝝ pugillo cõprehendes, q̃ possis cœlestiũ gaudioꝝ minimũ quid inuestigare, nisi ut ego nunc, sic & tu olim periculũ feceris, & mox ex oculis euanuit. Et ut etiã de paganis mentionẽ faciã, nõne q̃plurimi eoꝝ ut immortales fierent, sponte sibi manus intulerunt? Nõne Zeno, Cleantes, Chrysippus & Cato se propꝛijs manibus necauerũt, ut in cœlum migrarent? Propterea nõne Empedocles in ardentissimũ æthnæ specũ intẽpesta nocte se ꝓiecit, ut citius trãsiret ad superos? Quia si tãta erat in illis beatæ uitæ cupiditas ut nec uitæ suæ parcerent, quantomagis nosipsi ut eam assequamur, breues quasdam delectationes effugiamus, & corpora nostra studijs asperiores consuefaciemus, ut possimus omne certamen sustinere uiriliter.

DE DIVINO AVXILIO

His habitis poterimus integrã seruare integritatem, si tm̃ res una superadd dita fuerit, hoc est diuinũ auxiliũ. Neq; em̃ quicq; nisi deo propitio recte fieri potest. Quod ipse dũ adhuc in terris uitã ageret testatus est his uerbis. Sine me nihil facere potestis. Quoniã reꝝ deo tribuendus est honor, sed hoc auxiliũ facilime cõsequet̃ qui cætera quæ prædixi firmo ꝓposito retinuerit. Nec mos iste diuini auxilij inuocandi apud nos solũ obseruat̃, sed etiã ueteres græcoꝝ latinoꝝq; poetæ tenuerũt. Vnde semp̃ in librorꝝ exordijs numinis alicuius fauorẽ implorãt, quo cætera possint cõmodius adimplere. Orandus est itaq; deus, ut nobis sit auxilio, quod facile impetrabimus, si orationis nostræ conditiones duas addiderimus, ieiunium. scilicet & eleemosynas & hæc duo cũ humilitate cõdiuerimus. ADRI. Est ne (ut aiũt) tam robustæ uirtutis humilitas? GI. Nemo est qui nesciat dæmonis superbiam nostra humilitate superari. Meminerunt sacræ literæ q; dũ Macharius apud paludem quandã solus obambularet, humani generis inimicũ curua falce armatum a longe uenientẽ ꝓspexit, & cum falce sibi minitantẽ, quũ iam accessisset ut ꝓpius aspiceret, nec tm̃ obesse potuisset, cur hoc accideret interrogauit. Cui ille furibundus, sola inq̃t humilitas in te est homũcule q̃ te hodie fato subtraxit sed caues non impune feres. Videsne quo pacto uicerit dæmonis superbiã. Itẽ memoriæ ꝓditũ est, q; dum Antonius solitudinis incola supra se mẽte raptus esset, orbẽ terraꝝ connexis inuicem intricatisq; laqueis plenũ uidit. Qua de re dolens humanã miseriã (ut sui moris erat) grauiter ingemiscens. tractis ex imo pectore suspirijs. Heuheu inq̃t pater omipotens, qs tot laq̃os euadere poterit? Et ecce uox ab incerto autore prolata, non tamen humana sic semel intonuit humilitas, nec amplius q̃ semel audita est, ac si manifeste

ſignificaret ſolam humilitatē poſſe huius mūdi laqueos & inſidias effugere Quæ cū ita ſit, ſtudebimus ei familiares fieri. Sed de caſtitate diſputaſſe iā ſatis uideor, reliquū eſt ut ad contemptū mundi ſimū cōuertamus. Quod equidē breuiter expediā, qm̄ iacto iam caſtitatis fundamēto quaſi ſua ſpōte mūdi contemptus conſequit̄. Mundi contemptū (ſi memini) ſupra cōmemoraui nō ſolū eſſe utilē ad acquirendā quæ a nobis quærit̄ iuſtitiā, ſed etiā neceſſariū, ita ut ſine eo nihil fieri poſſit late ꝓbauimus. Nūc quomodo poſſet inueniri ſuccincte dicendū eſt. Eum igit̄ obtinebimus ſi tria diligenter nobis intellecta fuerint. ſ. inſtabilitas, inſatiabilitas & ſollicitudo.

DE INSTABILITATE DIVITIARVM.

De diuitiarū inſtabilitate multa dicere uelle ſuperuacaneum uideꝝ, quum non modo antiquis & ueteribus: ſed etiam quotidianis & domeſticis exemplis abundemus. Nemo eſt qui ueſciat uulgatam illa ſententiā. Fortuna nil cuiq̄ donat, ſed mutuo dat ut poſſit idem cum libuerit iterū auferre. Sed nos dementes cum diu poſſidemus quod fuerit nobis mutuo datum in propriū uſum conuertimus, nobiſq̄ uſurpamus quod ubi fortuna animaduerterit, grauiter ferens quod dederat adimit, aliīſq̄ largitur, & quanto nobis indulgentior fuerat, tanto moleſtior efficitur. Fortunā em̄ dicebant ueteres cūcta gubernare, & eius nutu cuncta diſponi, & idcirco pingentes eam ſimulacro eius regimen attribuebant copiamq̄ adiungebant, quoniā ipſa eſſe putabatur quę fruges oēs parturiret, & ut ipſis uidebat̄ diſtribuebat. Sed nos fortunam neſcientes, quicquid fieri uidemus, ab immortali deo fieri putemus. Sed (ut dicimus) non permanent hæc bona quæ ſubito affluunt, & ſubito dilabuntur, nec ſtabilitatē habēt quæ nec bona appellanda Tullius eſtimat. Nouerat hoc Seneca poeta tragicus, quod ipſe teſtatur in Thyeſte dicens. Quem dies uidit fugiens ſuperbū, hunc dies uidit ueniens iacentē. Quot reges, quot principes, quot etiā priuatæ uitæ hoīes uidemus, qui auro, argento, ſignis, tabulis, cæteriſq̄ operib⁹ abundāt, & paulo poſt ſeuiēte fortuna nihil horū habētes aſpicimus? Videſne quot græcorū olim potētiſſimi principes, nūc ab infeſtiſſimo Turcorū duce ꝓpulſi, ſedib⁹ incertis uictū ueſtitū mendicātes euagent̄? Qui ſi a principio uitæ diuitiarū inſtabilitatē cognouiſſent, eis hoc nō accidiſſet. nam nec in fragilib⁹ bonis ſpem ullā poſuiſſent nec ſe in ſuperbiā pueriliter erexiſſent, ſed prædeceſſorē ſuum ſapientē illū Biantem ſtuduiſſent imitari. Cuius cum patriā cepiſſent hoſtes, cæteraq̄ ita fugerent, ut multa de ſuis rebus ſecū aſportarent, quū eſſet monitus a quodā ut idem & ipſe faceret, ego inquit omnia mea mecum porto. Nec non Marcum Curium Romanorum ducem, qui quū uidiſſet ad ſe ueniſſe Samnitū legatos auri magnū pondus afferentes, ſubridens dixit, Ite & ſamnibus nūciate Marcum Curium malle diuitibus imperare q̄ fieri locupletē. Nō ignorabat em̄ q̄uana ſit diuitiarū poſſeſſio, quod etiā Epicurus qui ſummū bo

num in uoluptate ponebat, facile confitebat. Non est igitur huiusmodi bonis fides adhibenda, nec patiendū nobis quotidie tam turpiter illudi.

DE INSTABILITATE DIVITIARVM

Dic queso, audisti ne unq̄ mortaliū quenq̄ qui sibi satis diuitiarū diceret esse? ADRI. Audiui quidē q̄ hoc diceret, q̄ uero sic putarēt neminē uidi. GI. Rectius inquis, nā sæpius aliter q̄ sentiunt loquunt, nec mirū est, si neq̄ aīus istis saturari, quū nec finitis impleri possint infinita, qd̄ uel maxime illo exēplo p̄bari potest. Alexander Philippi Macedonis filius quū audiuisset ex auctoritate Democritis philosophi plures esse mūdos heu me inquit miserū, q̄ nec uno adhuc potitus sum. Qui si nec toto mūdo satiabit̄, q̄d amplius erat appetendū nisi cū cœlicolis noua mouere certamina? Quare satyrici nr̄i uerissimo carmīe cōcludendū est. Crescit amor nūmi q̄tū ipsa pecunia crescit.

DE SOLLICITVDINE DIVITIARVM.

Existimabāt nōnulli ueterū summā libertatē esse diuitijs abundare, & eū demū libertū esse putabant q̄ posset uno anno Romanorū exercitiū pascere. Ego uero hmōi hominē non modo nō liberū dixerim, sed nec libertati uicinum. Sunt em̄ in opibus anxiæ sollicitudines, quę antetēpus senectutē adducunt, & animū nostrū sic afficiunt, ut suīpsius obliuiscat̄, & a recti certiq̄ iudicij cognitione recedat. Audisti ne unq̄ Senecā clamantē. Venenū in auro sumi, non aūt in uasis fictilibus & reges sui lateris ensem timere? Audisti ne prophetā dicentē. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere? Audisti ne p̄terea quod passim recitari solet exemplū. Aiunt em̄ quendā regē dum sibi oblatū a populo diadema uideret, priusq̄ sumeret diu considerasse, ac demū dixisse O nobilē magis q̄ felicē pannū, quē si qs agnoscat q̄ multis angustijs & sollicitudinibus refertus sit, nec humi quidē iacentē tolleret. Sed ut tibi de modernis aliq̄d loquar, uir erat Florentiæ prædiues equestris ordinis, apud cuius ædes cerdo quidā exercendæ sutrinæ gratia paruulā scenā ex cōtextis tabulis erexerat. Quū is igit̄ nihil aliud haberet præter qd̄ labore quotidiano sic quæritabat, & nunq̄ nisi læto animo & serena facie uideret, p̄dines ille cuius supra memini satis admirari nō poterat. Tentari itaq̄ uoluit, esset ne uerū qd̄ sæpius audiuerat, diuitias. s. sollicitudinē parere, sumptūq̄ graue pōdus auri intempesta nocte per senestrā in cubiculū eius tacite proiecit. Mane aūt surgens cerdo, proiectum aurum curarū radicē reperit, quod ubi cognouit paupertatē suā, miseratū dominū æstimans repente corripuit, cœpitq̄ dubia mente uersari q̄d potissimū ex hoc faciendū esset, nesciebat em̄ an celandum an alicui ex amicis aperiendū esset. Si tacuisset, dicebat nō posse quicq̄ sine consilio recte ministrari. Si uero dixisset, timebat ne forte aliqua arte sibi surriperet. Hinc p̄fundæ cogitationis, hinc curarū immensus cumulus exortus, tandē quid faciat nescit, tristi uultu, confecto supcilio & ægro animo cogitabūdus, raro p̄cedebat in publicū. Quare compertū est in diuitijs esse tri

stitiã, merorẽ, anguſtias, & ſollicitudines innumerabiles. Quo fit ut auſim dicere illas tanq̃ malũ proſciendas, quo facilius ad iuſtitiã pertingere poſſi mus Et de his hactenus. ¶ Poſtq̃ duos gradus aſcendimus, pudicitiã ſcilicet & mundi cõ emptũ, tandẽ ad ipſam iuſtitiã deueniemus, in qua ego uitã bea tam colloco. Nihil em̃ eſt aliud beate uiuere (ut. M. Tullio placet) niſi recte uiuere in quo nihil deeſt ad beate uiuendũ. Et qm̃ qd ſit ipſa iuſtitia ſuperius ſatis liquide monſtrauimus, honeſtiſſ mæ uoluntati tuę ſatiſſeciſſe me puto ADRI. Profecto ita abunde mihi ſatisfactũ eſt, ut uidere uidear ipſam uitã beatã manuq̃ cõtingere, nec deſpero quin ad eã peruenire poſſim. Sed tñ re ſtat adhuc unũ, quod intactũ nequaq̃ præteriri debet. Sũt plæriq̃ qui exiſti mẽt ſacras literas quia incultæ ſunt paruiſaciendas, & p̃cipue hi qui aliquid eloquẽtiæ guſtauerũt. Et quia quicquid diximus in eis radicitus fixũ eſt, nõ alienũ uidebitur, ſi paulo ulterius progreſſi fuerimus, & aliqua firmiſſima fidei noſtrę adiumẽta numerauimus. Poſt hæc nõ inconueniẽs erit, ſi quędã quæ ex prædictis cõcepi dubia paulo accuratius enucleaueris. Sed quia iam medio curſu tranſacto præcipiti curſu ſol uergit ad oceanum, rogo te pater ut dummodo dilucide quo breuius fieri poſſit dicas. GIGO, Dicis eſſe plæ roſq̃ qui ſacras literas dicant floccipendendas, quia ſunt ſimpliciter & ſine ulla facundia prolatæ. Primo igitur diuinæ legis ſimplicitas damnanda nõ eſt, ſic exprimi omino debuit, partim quia per ſe uerax eſt nec indiget aliquo fuco orationis ad probandũ (Res em ueritate prædita ſimpliciter enuncian da eſt, res uero ficta quędã figmenta & colores poſtulat, quibus ueriſimilis appareat) partim quia illa quæ ſunt in communi neceſſaria, cõmuni ſunt ſer mone dicenda. Vnde cautum eſt ut ſyngropha quibus rei citãtur in iudiciũ cõmuni ſermone ſcribantur, ut poſſint etiã ab indoctis ſaltẽ ſub nube intelli gi. Scribuntur etiã eo ſtilo cauſæ & cętera quæ in foro iudiciali tractanť. Q, uero dicis eſſe ſine facundia prolatas, nõ plane aſſentior huic ſentẽtiæ, quare duplicem eſſe facundiam uolo, uerborꝫ. ſ. & ſententiarꝫ, iuuenũ. ſ. & ſenum iuuentutis ſcilicet & maturæ ætatis. Iuuenum facundia in quo uerſatur niſi in quibuſdam politis & cultis dictionibus, quæ nihil aliud in ſe habẽt niſi uẽ toſum tumorem & reſonantiã, quæ ſolet imperitorũ aures demulcere. Hac eloquentia nonnulli hac tempeſtate (qui ſi non ſunt omnino boni, uidentur tamen) frequentius utuntur, & imperiti uulgi in ſe ora conuertũt. De quorũ facundia lepidiſſimum illud Auguſtini dici poſſet. Hęc ſiliqua intra dulce te ctorꝫ ſonantes lapillos quatit. Sequuntur hanc noſtri eneruati poetæ, & iſti us temporis ſemioratores. Nihil aliud eſt hæc quã prædixi facundia, niſi na uis in medio pelagi conſtituta, priuata regimine, niſi corpus ſiue anima, ni ſi organum auro argentoq̃ celatum ſine animante ſpiritu, & deniq̃ nihil ali ud q̃ equus ſeſſoris impatiens freno omniq̃ uinculo expeditus. Quo fit ut nullis unq̃ utilitati fuerit, nocumento autem plæriſq̃ Altera uero facundia

ſententiaꝝ graui maturoq; paſſu graditur, quæ ſapiẽtia uocatur, eam qui ſapiens dicitur habet. Hæc nihil effatur niſi quod prius excuſſum, ponderatũ cribratũ & acie mentis examinatũ ſit. Hæc ſi quid dicit quod cuiq; diſpliceat nil tamen quod noceat, tantoq; ſapientior eſt, quanto nõ fauorẽ populi, ſed ueꝝ rectumq; ſequatur. Hæc ſine prima plurimũ, prima uero ſine hac nihil omnino poteſt. Hæc animæ illa corporis uicẽ gerit. Hæc animas illa animatum. Sicut igitur poteſt anima ſine corporis adminiculo uiuere, ſic etiã iſta quã uoco ſapientiã ſine facũdia uires ſuas explicare poteſt. Fuit igitur in ſanctaꝝ literaꝝ autoribus hæc eloquentia precipue, ſed nec omnino prima deſuit, quã nõ multo ſudore & labore quemadmodũ alterã queſierũt, ſed tanq; ultro ſe offerentẽ & ſpõte ſua ſequentẽ acceperũt. Hęc eſt illa facundia qua uſi ſunt apud græcos philoſophoꝝ principes Plato, Theophraſtus, Ariſtoteles, & plæriq; alĩ qui more oratoris mallebant eſſe ſapientes q; uideri. Qꝫ igit dicũt ſermones noſtros eſſe ſimplices, cõcedemus quidẽ primos parẽtes noſtros ſic loquutos fuiſſe, quaſi fundamentũ iaciẽtes. Si ỽo aduerterimus qd ſup illo ædificatũ ſit, inueniemus parietes auro argẽtoq; celatos. Primo itaq; apoſtolos ſilentio pręteriẽs tanq; oĩbus cognitos de gręcis chriſtianis mentionẽ faciã. Fuit Origenes qui Celſio, Methodius Euſebius & Apollinaris qui Porphirio heretico rñderunt. Origenes octo libris, Methodius decẽ millibus uerſuũ, Euſebius quinq; & uiginti. Apollinaris triginta uoluminibus. Quadratus apoſtoloꝝ diſcipulus Athenienſis eccleſiæ pontifex Adriano principi Eleuſinæ ſacra uiſenti libꝝ pro noſtra religione tradidit, cui tanta ineratiucũditas ſermoniſq; feſtiuitas, ut illius excellens ingeniũ (ſicut Hiero. affirmat) grauiſſimã imperatoris pſequutionẽ extingueret. Eidẽ Adriano doctiſſimus phũs Ariſto. ꝓ chriſtianis tradidit Apologeticũ. Quid tibi Iuſtinũ militonẽ Sardenſem epiſcopũ Apollinarẽ hieroſolymitanæ eccleſię præſbyterũ? Quid Dionyſiũ Corinthioꝝ epiſcopũ, qui ſcripſit quibus philoſophoꝝ ſententijs deſcenderit hæreſis Origenis? Quid deniq; tibi Pantheũ cõmemorẽ q ob præcipuã doctrinã pȩdicaturus ad Indię philoſophos miſſus eſt? Adiungã etiã Clementẽ, Milciadem Iuliũ Africanũ, Theodorũ, Dionyſiũ Alexandrinũ epiſcopũ, Anatholiũ, Pamphilũ, Lucianũ, Malchionem, Euſebiũ cæſarienſem epiſcopũ, Euſtachiũ, Athanaſiũ, magnũ Baſiliũ & infinitos alios longũ eſſet numerare. Veniã ad latinos. Tertulianus apologeticũ ſcripſit, Minutius fœlix contra mathematicos. Arnobius ſeptem libros contra gentes, & eius diſcipulus Lactãtius totidẽ contra gentes, Edidit etiam de ira dei, de opificio diuino libellos duos, necnon & epiſtolarum carminumq; uolumina plurima. Item Victorinus, Cyprianus, Boetius & Hilarius. qui ſcripſit librum contra Diaſcoridẽ medicũ. Iuuencus ſuper imperatore Conſtantino ſaluatoris hiſtoriã uerſibus explicauit. Quid uero Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius & Hieronymus fecerũt in oĩm manibꝰ eſt.

Isti omnes græci pariter & latini, quos hactenus numerauimus, ita sapientiã cum eloquentia iunxerunt, ut eorũ scripta legendo quid inter eos & Tullium & Demosthenẽ intersit discernere nescias. Nec mireris, si superius dixerim facundiam fugiendã esse, nunc uero dicã & in nostris eam fuisse. Sic em capiẽdum est, ut facundia sine gubernatrice sapientia uana sit, sapientię uero copula nõ sit aspernenda. Vñ. M. T. Cicero romani eloquij princeps ad Herennium inquit. Non parũ fructus in se habere copiã dicẽdi & cõmoditatem orationis, si recta intelligentia & definita animi moderatione gubernetur. Quo fit etiam ut Quintilianus oratorẽ definiens dixerit. oportere eũ esse uirũ bonũ dicendi peritũ. Primo uult esse in oratore bonitatẽ, qm quæ magis sunt necessaria in primis sunt inuestiganda. Et ut paulo audacius loquar, si quis uir bonus fuerit, qui ea tam exquisita dicendi peritia caret, modo impetret quid uult oratorẽ noiabo, nam finis orationis est ad persuasionẽ dicere. Prę terea nõ minus uictor appellabit qui uicerit hostẽ si ferreis armis usus est, qui si aureis munitus fuisset, nec ianua minus apta dicet quæ claue ferrea qui quæ argẽtea fuerit patefacta, nec minus uictor appellabitur equus macilentus qui pinguis & obesus, qui modo ante alios metã tetigerit. Habet igitur christiana fides ueteris nouiq testamenti oratores excellentissimos quibus armata non dubitat cũ gentiliũ ætate certare. ADRI. Habeo quæ dicis, & miror q hæc oia tam breui tamq dilucido uerborum ambitu disserueris, & gaudeo qa quod nesciebã didici. Sed quũ superius de uita beata disputaremus, unũ mihi restitit de quo nunc a te certior fieri uellẽ. Possit ne inquã uita beata in diuitijs reperiri? Et si forte possit, in qbus potius, an in pauperibus, an in diuitibus? GI. Hęc sane beatitudo inter omnes hoies tam pauperes qui diuites inueniri potest. Deus em uult omnes fieri beatos, diues qui multis affluit diuitijs fiet beatus, si fortunarũ suarũ nõ solũ possessorẽ, sed etiã se cognoscet esse dispensatorẽ rem familiarẽ integre sancteq gubernet, nec plus nec minus qui cuiusq necessitas postulat efficiẽs, sed præter cætera pauperũ non obliuiscat, quibus si quis in uita subuenerit qui sibi subueniat dũ mortuus fuerit nõ indigebit, sic per foramẽ acus omi onere reciso camelus intrare poterit, si gracilẽ politũ & expeditũ se reddiderit. Sed hæc uia qa laboriosa minus quidẽ trita est, pauciq in numero diuitũ reperiri solent qui possent ad beatitudinẽ peruenire. Igit paupertas est potior, qd facile concedes si quid in ea illa mali & quid in hac boni sit ostenderimus. Magna rerũ copia, magnus curarum aceruus, diuitiæ nõ sine magno sudore acquirunt, aliqñ dum quęrunt amittuntur, nõnun possessores suos secũ trahunt ad interitũ. Nec longe exẽpla petamus, quotidiana sufficiunt. Nauigant oceanũ mare, nauigant hellespõtũ, in patriã reuersi hæreditatẽ ab affinibus defraudatã, matrimoniũ uel polluctũ uel suspectũ: liberorũ uitam uel prauã adhuc in dubio positã, rura rusticorũ inculta uel sterilia uel omnino male culta reperiũt, indignant, irascũtur

riunt, & tamen ut ſolitam grauitatem inter amicos obtineant, graues animi motus difficili patientia reprimunt. Interueniũt neceſſariorũ & affinium repẽtinæ mortes, lugubri ueſte teguntur, & dũ interdũ mira lætitia redundẽt. opus eſt ut mœrorẽ ſimulent. Accidit ut principibus ſuſpecti ſint, quo fit ut uel penitus excidant uel ſaltẽ retrorſum cedãt, nõnunq; exultãtes errãt. & tãto grauius aduerſam ſortẽ gerũt, quanto mollius ante uixerãt. Sed ſufficiat de multis pauca numeraſſe, quis poſſet in tot moleſtijs quieto animo uiuere? Hæc mihi nũq; uita placuit. At paupertas remoto ſe cuſtodit in angulo, nõ coniugis, non liberorũ curã, non regũ aut principũ graue odiũ, non agrorũ aut uillarũ ſterilitatẽ formidat, nec inuidioſa eſt, nec inuidioſa, nõ exilium, non carcerẽ, nõ uenenũ timet, & ab omni tumultu ſecluſa trãquillo fruitur ocio. Hæc eſt iſla beatitudo quã Diogenes regũ delitijs prætulit, qui dũ in radice montis ſederet ad ſolẽ, interroganti Alexandro, qui uirtutẽ eius crebro rumore cõpulſus aduenerat, ut ſi quid uellet peteret, id inprimis uelle reſpondit, ne a ſole ſibi obſtaret. Recte ille, ſi fidelis & fidei gratiã habuiſſet beatus diceret: Sed qd Hora. Flac. ſenſerit quæſo aĩaduertite. Sic ſcribit ad Loliũ. Nõ poſſidentẽ multa uocaueris recte beatũ, rectius occupat nomẽ beati, q deorũ Muneribus ſapienter uti, Durãq; callet pauperiẽ pati. Peius quæ læto flagitiũ putat. Et alibi. Eradenda cupidinis pernicies prauæ ſunt alimẽta & tenerę ninus Mentes aſperibus Formãdæ ſunt ſtudijs. Nõne Tibullus q̃uis poeta laſcivus inquit? Ne mea paupertas uitę traducat inerti, Dũ meus aſſiduo lucet igne focus. Nõne Iuuenalis q̃uis paganus talia loquit. Cãta bit uacuus corã latrone uiator. Omittenda igit̃ ſunt hæc oĩa, & prędara uirtute pectus muniendũ, opes em̃ magis oneri ſunt q̃ uſui. Taliter igit̃ quiſq; uiuat, ut q̃ lis uideri uelit talis ſit, ſic em̃ cito ad gloriã peruenĩri Socrates putat. Offert ſe nobis Demetrius imitatiõe dignus, cuius pater quũ tot opibus abũdaret ut Xerxis Perſarũ regis paſcere poſſet exercitũ, paucula ſumma retenta cætera reipublicæ remiſit, ſtuduitq; Athenis diu incognitus. Sed quid ego paupertatẽ laudare pgo, quũ in ea beatitudinẽ ineſſe & Anaxagorę philoſophi ſentẽtia, & oraculo delphico cõpertũ ſit? Anaxagoras em̃ interrogatus quę nam eſſet in hoc mũdo uita beata, nemo inquit inter eos quos tu fœlices ſed potius inter eos quos miſeros exiſtimas, beatus inueniet? Nam nõ ille eſt diuitijs aut honoribus affluens, ſed aut nõ ambitioſæ doctrinæ, aut parui ruris cultor, & in ſecreto q̃ in publico beatior. Giges Lydiæ rex præter oẽs ditiſſimus Apollo cõſuluit: eſſet ne alter ſe beatior. Cui reſponſum eſt Aglaũ quendã ſenio confectũ Arcadũ pauperrimũ, tenui paupertate cõtentũ beatiorem eſſe. A noſtris taceo qua ſit laudata paupertas, quũ pater omniũ deus eam præter cæteras uirtutes mirifice coluerit. Non em̃ habebat ubi reclinaret. Quo fit ut diuites magis uideant̃, pauperes uero magis ſunt q̃ uideant̃ beati, tantoq; beatiores ſunt quanto ignobiliores & deſpectiores habentur

ADRI. At paupertate studium impeditur. GI. Quid attinet? Quasi nō possi mus sine studio esse beati. Plurimos tamen memini me legisse, qui in ultima calamitate constitui ad summū literarū culmen euaserunt. Flaccus libertino patre natus. Virgilius figulū & inopē sortitus est parentē. Pythagoras ex in fima seruili conditione clarū lumen emicuit, primus oīm qui philosophus appellatus est. Propterea dicebat numerū imparē deo chariorē, quasi iam tri nitate diuinaret. Sed quid pauperius Codro? Cuius diuitiæ erant sex fictiles urceoli, & cuius diuina carmina rodebāt mures. Cleantē Chrysippi discipu lū sileo, qui tanta miseria oppressus ut postq̄ tota die studijs operā dedisset, uictus quærendi gratia noctē quoq̄ in hauriēdis aquis cōsumebat, idq̄ assi due factitabat, nec potuit paupertas obsistere quin doctius euaderet. ADRI. Cur fit ut tam pauci beate uiuāt? GI. Hoc duabus ex causis solet euenire. Pri mo fidei defectu. Quis est tam uecors & mentis tam impotēs, ut se ad anfra ctum uitiorū reflectat, si quæ bene ueniētibus promissa sunt uera putauerit? Quare Augustinū dicere solitū accepimus, actiōes fide metiri. Secūdo quia (ut Lactantius testatur) uirtus amaritudine miscetur, uitia sunt dulcedine li nita, illa offensi hac decepti per uitiorū p̄cipitia ferūtur. Et tria sunt præcipue quæ nos in omne scelus præcipites agunt, est inq̄ cupiditas, libido, ira. Cu piditas diuitias inquirit, contra quā paupertatē posui. Libido sitit uolupta tes, cui resistit cōtinentia quā prædixi. Ira quæritat ultionē, cui opposuimus humilitatē & iustitiā. Et idcirco ueteres poetæ ꝓpter hæc capitalia uitia tres furias esse dixerūt. Atq̄ hæc addidi, quia duo sunt sapientiæ gradus, scilicet bona cognoscere ut teneant̄, & mala pariter ut fugiantur. ADRI. Iam mihi abunde satisfactum est, reliquum est ut ad partem ultimam edisseras, si qui inquā sint hac nostra tempestate qui beatam uitā uiuant, ut sermo noster si mul cum die finiatur. GIGO. Magnū est inexplicabile quod scire laboras, nam beatitudo nostra circa interiora uersatur. Et quis potest occultas alieni cordis latebras uisu penetrare? Sed ne te fame deficere permittā, quod intel ligere uideor aperibo. Qui præcepta legis obseruant ea conditione ut nihil faciendum omittant, beate uiuere nuncupant̄. Et quicunq̄ a mūdi perturba tionibus fugiunt, ut collecta mente deo seruiant: præcepta seruare uidebunt̄ Huius aūt uitæ sunt qui ab eremo eremitæ, & a cœnobio cœnobitæ dicun tur. Illi primi Baptistā, isti uero duodecim sapiētes imitant̄. Illorū sylue stris, horū domestica est uita. Cœnobitarū multitudo in quatuor tribus distribuit̄ Prima carmelitarū, secunda Augustinū, tertia Dominicū, quarta Franciscū habent autorem. ADRI. Qui sunt quos tu superius duodecim sapientes ap pellasti? GIGO. Si olim græci septem uiros sapientia præditos septem sapiē tes nominabāt. Quis apostolos sapientiæ nostre fundatores duodecim sapi entes nuncupare nos prohibebit? ADRI. Quoniā nos in carmelitarū tribu numeramur, dic quæ nostra fuerit origo? GIGO.

DE ORIGINE CARMELITARVM

Inter Armeniam & Euphraten iacet Syria, cuius pars est regio quam Palestinam dicũt, cui India quoq; subiacet, a Iuda quodã Israelis filio (ut Trogus Pompeius autor est) sic appellata. In medio Iudeæ tanq; umbilicus posita sedet Hierusalem, a quo non longo interuallo distare perhibetur mons quidam non minus iucundus q; amœnus, cui nomẽ est Carmelo. In quem quoniam gratissimã præstat incolis habitationẽ, & quia ab omni hominũ strepitu paulo semotior est, nonnulli ex circumstantibus urbibus antiquitus secedebant, ut omnem uitæ curriculum optimo summoq; deo prudenter sapienterq; dicarent, & hi quidem prophetarum discipuli dicebãtur. Appellabant enim olim prophetæ qui scirent multoante futura prædicere, quos modo nos a uaticinando uates appellamus. Inter quos Helias præter cæteros emicuit, fuit enim prophetarum primus qui se matrimonio contineret. Is in prædicti montis radicibus sibi struxit habitaculum, q non solum paupertatem, uerum etiam mirabilem præ se ferebat habitãtis humilitatẽ. Erat etiam ibidem locus in amphiteatri modum extructus, cellulis seriatim positis: & in uiuo saxo uel arte uel natura conatis undiq; circũseptus. In summo autem montis uertice procul aspicientibus superba se mõstrabat habitatio, ad quam gradibus hinc illinc q; in monte excisis paulo laborioſius ascendit̃ Nonnulli ex nostris mare nauigantes, & omnem montem & rura uiana cũ freto & fluminibus in tabellis pinxerũt, pictaq; ad nostras oras aduexerũt. Quæ dum nonnunq; contemplor, uideor mihi in illis rupium cauernis nostris uiuere patribus. Hic itaq; uixit Helias, qui postq; igneo curru raptus terris Heliseus eius discipulus non solum loci, sed etiã uirtutis eius remansit dignissimus hæres. Crescente paulatim multitudine non platonicorum, nõ peripatheticorum, sed sanctorum hominum noua secta cõstituitur. Appropinquante interim nouissimo sæculo dei filius genus humanum reformaturus sub uirili specie descendit in terras. Quam rem audientes Carmeli montis incolæ (erat enim pene per totum mundũ fama diffusa) maximas immortali deo gratias egerunt, quoniam quem tanto tempore expectauerant tandem misisset, nam diuino spiritu præmoniti Christũ semel uenturũ certo sciebant, Pluribus annis euolutis basilicam ut potuerũt humilẽ construxerũt, & magni saluatoris matri dedicauerunt. Iam enim ipsa e terris sublata cœlestẽ migrauerat ad patriam, & unanimes ei diuinos tenues tamen quotidie reddebant honores, reddituri tamen maiores si potuissent, magis pie q; magnifice colebãt. Iam mutata erat in baptismũ circumcisio. Et ecce magno armorum impetu barbari prorumpentes e Hierusalem oĩa uicina loca ferro flamma q; uastauerũt, & plurimi carmelitarum gladijs cæsi sunt, pauci uero qui tantæ cladi superfuerunt nauibus euecti in gallias uenerunt, qui procedente tempore seu propter loci mutationem, seu propter malorum consuetudinẽ

(ut fit) ceperunt paululū languescere. Inter quos Thomas quidē gallus qui pristinū feruorē adhuc in pectore fouebat: cū paucis Italiam se contulit. Sic em̄ deo uisum est, ut ea regio quæ cæteris omni munere præstat hoc etiā uirorū habeat ornamentū. Turpe nāq; quū res ulla tm̄ uno indiget ad perfectionē id nō addere (si possis) ut perfecta sit. Verū nō solū Italiæ, sed etiā uiro sancto deus ipse consuluit: illi em̄ dedit cuius uitā posset imitari, isti uero purpurei diadema martyrij. Nam dū bene beateq; uiueret, a quibusdā inuidis apud summū pontificē captus accersitur, & post carcerē, post tormēta, post cruciatus, tandem quū nihil damnabile reperissent grauius inuestigāt, quod iure nō potuerunt. iniuria perficere fortiter accinguntur, & comburendū sce scelerato rogo cōmiserunt. A quo prorumpis efferate liuor Amphibalum Videasne candidissimū eius amphibalū, quo ut nos utebatur purę conscientiæ testimoniū esseq; si nō ut hoiem uerebare, saltem ut magnæ matris militē ueritus esses. Sed tñ illum nō occidisti, nequit em̄ anima extingui sed illius terrenū corpus uiolando feciſti, ut citius uita donaret æterna. Huius flāmas nō Scæuolæ rogo, sed Laurentij posse cōparari nō dubito, dicant quid uelint, obstrepant, clamitent & insaniant, ille summo uiuit olympo. ADRI. Narrasti triste facinus ipsis qui intulerūt diu multū deplorandū, & qui posset malefactoribus delicti ueniā impetrare alius Thomas nō superfuit. GIGO. Sed multa de hoc uiro, multa etiā de prædictis fratribus silentio prætériui, nō em̄ q̄ pacto ipsi a mōte quē incoluerūt, & ab ecclesia quā cōfecerūt cognomē acceperūt. Dixi scilicet ut fratres beate Mariæ mōtis carmeli nūcupati sint, nec ut eorū priuilegia ab Alberto hierosolymorū patriarcha cōdita, & ab Innocētio quarto pontifice summo cōprobata fuerint, sed hæc alio tpe dicēda reseruo. Hæc ad præsens habui quæ de uita beata dicerē, qua muniti utinā ad illā immortalē gloriā olim peruenire possimus.

HERMANNI BVSCHII ODA DE CONtemnendo mundo & amanda sola uirtute & scientia.

Ipse cum solus uarios retracto
Exitus uitæ studiumq; nostræ
Dispar, & curas sibi dissidentes
Cassaq; uota.
Rideo partos hominū triumphos
Regium nomen, nitidamq; rubri
Littoris conchum, tyrioq; pictas
Murice uestes.
Rideo quicquid legit aftur auri
Fertiles campos Libyæ Sabæi
Pulueris fumos, solymiq; munus
Balsama regni.
Rideo merces alio petitas
Solo rostratis cupide carinis
Et per ignoti sinuosa uectas
Littora ponti.

De uita beata

Rideo thermas, celebres & arcus
Porticus, spectacla, natationes
Citreos orbes, niueoq; ductas
Marmore uillas
Rideo lusus, hylaresq; mensas
Et puellarem fragilem decorem
Plectra, concentus, choreas, rosaq;
Sutile textum
Rideo luxum Babyloniorum
Indiæ regum, Sybariticos &
Persicos miror nihil apparatus
Delitiasq;
Rideo lauti Patinas Apici
Prandia Anthoni, simul & Vitelli
Prodigos mores, epulasq; Martis
Pontificumq;
Mutat & carpit malesida sors hæc
Gaudia, & quædam minuit senectus
Integer sanguis, bona forma, cedunt
Omnia morti
Sola non languet specioſa uirtus
Omnibus gemmis opibusq; maior
Viuit, & nunq; decus exolescit
Artis honestæ.

Contra tentationē carnis Archilochicum Petri Bolandi Laudaburgensis.

Tentationi non potes
Homo reniti paruulæ
Effusione sanguinis
Quæ non æget, sed gratia
Quam nemini negat deus
Sed omnibus communicat
Et masculis & fœminis
Qui castitati militant
Consueta pauci deserunt
Sed si metu confixeris
Carnes eorum protinus
Peccare Christe desinent.

Ad adolescentem ne uxorē ducturus decipiatur, per illud. c. inter opera. de spon. & matri. qm̄ plærūq; sunt steriles, & etiā a sacerdotio præmortuę impediunt. Tetrastichon Immolarij Nemetensis.

Ne placeant turpes pietatis imagine tedæ
Si bonus es, & uis ducere, duc similem
Quid faciet meretrix? fallit quæ casta putatur
Vina placent alijs, fex ne relicta tibi?

Distichon Codri.

Sydera non tot habet cœlum, nec flumina pisces
Quot scelerata gerit fœmina mente dolos

Aliud distichon Codri.

Ille beatus erit qui se uirtutibus ornat
Sed qui se uitijs inquinat ille miser.

Petri Bolandi Distichon amatores mundi contẽpto deo adulteris & oui pereunti similes esse.

Quicquid amauerimus mundi te Christe relicto
Dicimur & mechis similes & oui pereunti.

Petri Bolandi distichon de ambitiosis ut inferioribus & miseririoribus cohabitent.

Qui sibi iure cupit deferri & poscit honores
Hunc inter miseros uiuere non pudeat.

Distichon Iacobi Vuimphelingi ad Petrũ Sturm bonæ indolis nobilem puerum de uera nobilitate.

Dilige uirtutem & sophiam flos candide Petre
Nobilis hinc uere, tuq; beatus eris.

Ioannis Alphonsi distichon.

Non audet stygius pluto tentare quod audet
Effrenis monachus, plenaq; fraudis anus.

In coniurationem Sotulariã aut Sculponiæ distichon Iacobi Vuimphelingĩ.

Ocia, scorta, merum, ludus mihi damna tulere
Hinc clerum & ciues me spoliare iuuat.

Aliud eiusdem in eosdem

Ocia, scorta, merum, ludus, simul æs alienum
In clerum & ciues nos coniurasse coegit

Epitaphiũ grauissimi uiri. M. Cratonis Vdenhemĩ Sletstattinæ iuuentutis præceptoris. Editum a Ioanne Gallinario. B.

Crato iaces gelidus ludi uenerande magister
Te tua nunc grauitas nunquid ad astra uehit?
Plangunt Heluetĩ, plangunt te iure Trebotes
Vangiones, Nemetes, Herciniumq; nemus
Te pueri insontes plangunt docilisq; iuuentus
Recta quibus uitæ uiuus amussis eras.

Distichon Ia. Vuimphe. ad oẽs morituros.

Mors est certa, incerta dies, & cura nepotum
Consulat ergo animæ qui sapit ipse suæ.

CHRYSOSTOMVS LVCANVS HISPA-
niarum orator. Sebastiano Brant. S.

Mi Sebastiane sis saluus & fortunatus, ut cupis. Heri quum tua opera & senatus benignitate inspiciendi huius urbis præclarissima quæq; nobis copia facta esset, ut nos singula summopere delectarunt, & uniuersa sumus admirati. Sic nos eorum amplitudo compulit, ut musas nostras iampridē obdormientes excitaremus. Itaq; cumprimum ad hospicium remeaui, hos uersiculos inter potātium clamores, & pitissans ego & immurmurans eru ctaui. Eos licet mensam & (ut recentiores dicunt) stupham sapiant, ad te ta-men uirum doctissimum & castigandos, & præclarissimo senatui meis uer bis offerendos mittimus. Vale & nos ama. Raptim penulatus & ocreatus obuio calamo & papiro.

Argentina tuas primus qui condidit arces
Tam præclara tibi nomina iure dedit
Sed qui nunc spectet quæ templa, palacia, muri
Sunt tibi, quæ turres, horrea, strata, fora
Addo alias qui spectet opes, homines q; nurus q;
Iure tibi ex auro hic nomina danda putet.

Excussit Ioannes Prüs iunior Ciuis
Argentinensis. Anno salutis
humanæ Sesquimillesi
mo Decimo-
quarto.




C. Sigonii Orat.
& Mantuani Bucol.
absque.

E-3740

253.






0 cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14


Colour & Grey Control Chart
Danes Picta
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Grey 1
Grey 2
Grey 3
Grey 4
Black